lioꝝ poſſibile eſſe ꝙ ſic q̄ſi hoc ꝓ
nihilo habētes Et tn̄ xp̄s Mat. v
dt ꝙ q̄ viderit mulierē ad concu
piſcendum eam iam ⁊c. Item ſūt
nonnulli qui ſi interrogentur in
confeſſione an aliquando dede=
runt operam efficatiam ad ſedu
cēdū pudicas ⁊ honeſtas vgīes
ſeu caſtas coniugatas ſtatim rn̄
debūt ꝙ ſic. ſed tn̄ non peruene=
runt ad factū pu[illegible]ſi credētes i. ta
li ſollicitatiōe mortaliter nō pec
caſſe. Cum tamē ſcribatur de pe.
diſt. i. ſi cui ꝙ non minus delinq̄t
cui dēeſt ſola facultas q̄ ſi in ipo
facto dephenderetur. Preter
ea ſunt nonnulli qui ſi interrogē
tur ſuper facto homicidij: mox re
ſpondebunt ſeu nuꝙ̄ tale crimē
commiſiſſe. Qz ſi vlterius quera
tur an aliqn̄ ad hoc laborauerit
forte reſpondebunt ꝙ ſic ſed per
dei gratiā mors non ē ſecuta q̄
non credentes per tale prauū de
ſiderium mortaliter peccaſſe ſeu
culpam ⁊ reatum homicidij icur
riſſe. Cū tamen ſcribatur extra
de ſnīa excōi. c. cū volūtate ꝙ vo
lūtate ⁊ propoſito maleficia diſti
gūtur. Sup quo glo. dicit ꝙ ad
ſpontaneas voluntates ⁊ non ad
actus reſpicit deꝰ. Patet ergo qd
homo ſola cogitatiōe peccare po
teſt etiā mortaliter. Et ideo qui
gradatim vult confiteri a pecca
tis cordis cōueniēter icipit.

¶ Secundo confitens dz ſe ac=
cuſare de pctīs oīs: vt pote de
mēdacio pernicioſo de periurio:
de blaſphemia de murmure ꝯ de
um aut ſuperiorem: de detractio
ne aduerſꝰ proximū de iniurijs
⁊ opprobrijs alijs illatis de male
dictione de aſſumptiōe nominis
dei aut ſanctorū eius in vanū de
nominatione nois diaboli ex ma
gna impatientia ſicut plerumq̄
fieri ſolet de malo conſilio de fal
ſo teſtimonio in iudicio ⁊ hm̄oi.
Nam oia predicta ex genere cen
ſent mortalia pctā ⁊ per ꝯſequēs
neceſſario confitēda ita vt dicat
confitens illud Job. x. Dimittā
aduerſum me eloquium meū. i.
peccatum oīs. Loquar ſupple d
eo in confeſſione in amaritudine
aīe mee. Ecce cordis vera cōtri
tio. Vn̄ Au. ad frēs i eremo ſer.
xxx. i fine. Qui ſiḡ vbū ꝯfeſſiōis
in ore hz ⁊ i corde nō hz aut dolo
ſꝰ eſt aut vanꝰ. Et de talibꝰ meri
to conqrit dominꝰ Ezech. xxix. d.
Populꝰ hic labijs me honorat. i.
honorare videt cor aūt eoꝝ lōge
ē a me. Ecce defectus vere cōtri
tiōis ⁊ amaritudinis cordis ſeq̄t
in Job. Dicam deo inquit verus
cōfitens. Noli me cōdēnare. Ec=
ce ſpes diuīe gratie ⁊ imploratio
diuine mīe. Inſup valde bonū ē
cōfiteri pccā oīs q̄ tm̄ venialia
ſūt vt ſūt ioco ſa: ſeu officioſa mē
dacia vba ocioſa ⁊ multa ſilia a
qbꝰ pauciſſimi ſunt imunes. Qr
vt habet Jaco. iij. q̄ non offendit
in vbo hic perfectus eſt.

¶ Tertio gradatim confitēs dz
ſe excuſare d peccatis opis vtpo
te de furtis ⁊ rapinis de vſuris ⁊
ſymonijs de fraudibus ⁊ fallacijs
in mercando cōmiſſis de fornica
tionibus ⁊ adulterijs de ebrieta
tibus ⁊ commeſſationibus de pō
pis et ſeculi vanitatibus de ꝓdi
galitate aut tenacitate de violen
ta manuum in non ſubditum in ie
ctione. De inobedientia a ſupio
re ⁊ rebellione de parentum iho=
noratione. de bn̄ficiorū dei igra
titudie ⁊ hm̄oi. Hec ſunt opa ma
la de q̄bus neceſſario hz confi=
teri qui ſeipſum in eis reū cogno
ſcit. Alias ipſamet opa ꝯ eū cla
mabunt et ipſū accuſabunt in die
iudicij iuxta illud Hiere. ij. argu
et te malitia tua: ⁊ auerſio tua i
crepabit te. Nec ḡ tūc taliter no
bis ꝯtigat debemꝰ i pn̄ti d p̄di=
ctis ꝯfiteri ſcdꝫ ꝙ ſētimꝰ nos dn̄
offēdiſſe in talibꝰ ꝑs. ꝓoccupemꝰ
faciē eiꝰ in ꝯfeſſione. Faciē iquā
illā rigoroſiſſimā ⁊ terribiliſſimā
q̄ oñdere ꝯ eos q̄ noluerūt aut e
rubuerunt in p̄ſenti ꝯfiteri. Naz
tūc loq̄t ad eos in ira ſua ⁊ in fu
rore ſuo ꝯturbabit eos.

¶ Quarto ⁊ vltimo ꝯfitens dz ſe
accuſare de pctīs omiſſiōis vtpo
te de penitētijs nō ꝯpletis horis
nō dictis aut ſaltē nō debite ſolu
tis quo ad clericos de operibus
mīe nō adipletis ſaltē talit̄ q̄liter
adipleri debuerāt ⁊ poterāt. Itez
de ieiunijs eccleſie nō obſeruatis
Siliter de dn̄icis ⁊ ceteris feſtis
nō debite celebratis de omiſſiōe
miſſarū ⁊ diuinoꝝ in die feſto de
votoꝝ trāſgretiōe ſeu nō ad iple
tiōe. De negligentia circa ſuā ſa
lutem procurandam de indebita
preparatione ad diuia. De negli
gentia circa examinatiōnē ꝯſciē
tie preuiā ad confeſſionem de de
fectu vere contritionis: ⁊ ſic de
alijs pene infinitis omiſſionibus
culpabilibus que omnes ſunt cō
fitēde qn̄ mortales ſunt aut tales
a confitente eſtimantur. Et i hoc
multi decipiunt ſeipſos tm̄ d pec
catis ꝯmiſſiōis ceſcientiā ſibi for
mātes ⁊ ide ꝯfitētes minime aut
tez aut parū de pctīs omiſſionis.
Cum tn̄ dicat Augu. lib. de vita
xp̄iana ꝙ nō ſolū a xp̄iano queri
tur vt malo careat ſed vt bonum
exerceat. Qui ergo nil mali faci
unt nec tn̄ aliq̄d boni operant dā
nabūt quidā nō qr male geſſerūt
ſed qr bonū non fecerūt Et poſt
pauca. Neq3 eni tn̄ hoc a nobis
querit deus vt malis nō ſimꝰ ſed
vt efficiamur boni Hec ille. Ecce
quō gradatim confitendum eſt.

¶ Alijs autē aliter gradatim
confitentur vcꝫ ſcdꝫ ordinē ſeptē
pctōꝝ mortaliū deſignatorū ſcdꝫ
ordinē ſeptē lraꝝ huiꝰ nois ſali=
gia. Qd nō ē nomē ſignificatiuū
ſꝫ tm̄ ad placitū aſſūptū ad facil=
liꝰ memorit̄ retinēdū ſeptē pctā
capitalia q̄tiēs opꝰ ē de illis ꝑ or
dinē loq̄t. vn̄ vſꝰ. dic mihi ſaligia
q̄ ſunt pctā cauenda.

¶ Prima igitur littera dicti no=
minis eſt. S. que deſignat ſuper

biam a qua conuenienter incho
anda eſt confeſſio eo ꝙ initiū om
nis peccati eſt ſuperbia vt habe
tur Eccleſiaſtici. x. Et nota ꝙ cō
fitēs de ꝑcedētibus aut ſequen=
tibꝰ pctis nullo pacto dꝫ ſe accuſa
re niſi ꝗ̄ꝫtū ⁊ ſcdꝫ ꝙ ſētit ſe in ta=
libꝰ deliquiſſe de peccato ꝗ ſup=
bie dꝫ hoc mō cōfiteri pctōr Ego
miſer ⁊ ſuperbus pctōr aliqñ aut
forte ſepe ſupbiui de bōis gratui
tis a domino mihi collatis vtpo
te de ingenio intellectu memoria
ſcientia eloquentia et peritia in
arte mea ita vt non reputarē ali
quem michi equalem ꝫ ceteros
ſpreui ſimiliter opiniones eorꝫ
pariter dicta ⁊ opera. Et gnāliter
ferme in omnibus operibus me=
is ꝓpriam gliam qſiui ⁊ excellē
tiam ſupra ceteros etiā doctores
et peritores. Scdo ſepe ſupbiui
de bonis naturalibus vt pote de
corporis mei pulchritudine for=
moſitate fortitudine ſanitate iu
uentute ſimiliter de parētū meo
rū nobilitate aut altitudine: et
huiuſmodi. Tertio ſepe ſuperbi
ui de bōis fortuitis vtpote de of
ficijs beneficijs poſſeſſionibꝰ mā
nerijs buffetis auro et argēto do
mibus curio ſe edificatis ⁊ huiuſ
modi. Sūt autem ſex ſpcies: ſeu
rami ipſius ſuperbie qui ſunt in
obedientia iactantia: hypocriſis
contēptio pſumptio ptinacitas.
Et de talibus ſe dꝫ accuſare con=
fitens ſi modo recognoſcat ſe in
talibus deum offendiſſe. Et quia
difficile eſt ſimplices ⁊ litteratos
hoīes hmōi ramos ſcire et men=
te retinere ideo diſcreti cōfeſſo=
res qui non debent talia ignora=
re debent ſup his ipſos confiten
tes diligenter interrogare: et ſi
militer ſuper ceterꝫ ſpeciebꝰ alio
rum peccatorum que conſequen
ter annotētꝰ dicat ꝗ ꝯfitēs. Fui in
obediēs deo ⁊ maioribꝰ meis eti
am pr̄i ⁊ matri ⁊ ſimilibꝰ.

¶ Itē aliquādo iactaui me de bo
no qđ fecerā qđ malū eſt. Aliqñ
de bono ꝙ nō fecerā qđ peiꝰ. Ali
qñ de malo qđ perpetraueraꝫ qđ
peſſimum. Aliqñ de malo quod
non commiſeram qđ valde exe=
crabile eſt. Item aliquando oſtē
di me meliorem i exteriori hoīe
ꝗ̄ꝫ eſſem ad intra ⁊ hoc vt ab ho
minibus laudare ⁊ bonꝰ eſtima
rer quod ad hypocriſiꝫ pertinet.
Item aliquādo dicta facta ⁊ opa
alioꝝ ꝗ̄ꝫtuncunqꝫ bona vel bene
facta i corde meo ſpreui quod ad
contemptionem pertinet. Item
preſumpſi de meipſo credēs plus
valere ꝗ̄ꝫ eſſet i re. Similiter fui
pertinax in proprio ſenſu etiā de
fendendo culpam meam ſiue ma
ledicta vel malefacta mea. Ecce
quomodo multipliciter et ꝗ̄ꝫ gra
uiter ſuperbiui vnde dico meam
culpam Et ſimiliter ꝙ nō ſtudui
habere humilitatē cōtra ſupbiā.

¶ Scđa lr̄a ꝑdicti noīs ſaligia ē
A. que deſignat auaritiaꝫ de qua
debet confitēs ſe accuſar ⁊ dice=
re. Pr̄ cōfiteor deo ⁊ vobis ꝙ fui
valde auarus tū bōa aliena ſic ⁊
ſic rapiendo tum ſuperflua pau=
peribus non erogando. Et quia
ſunt ſex rami ipſius auaricie qui
ſunt periurium furtum: rapina
vſura: ſymonia: proditio: iđ ſi in
talibus deliquerit confitens etiā
de illis in ſpeciali debet confiteri
Primo quidem de periurio vtpo
te dicendo. Ego ex ardenti auari
tia et cupiditate lucrandi in ven
dendo et emendo mēdacia ⁊ per
iuria commiſi. Secundo quo ad
furtum debet dicere ſi quid clan
deſtine a parētibus vel dominis
quibus ſeruiuit aut quibuſcunqꝫ
alijs abſtulerit. Tertio quo ad ra
pinā dꝫ dicere ſi quid violenter
abſtulerit ſiue agrū ſiue aliđ. Qr
to quo ad vſuram debet dicere ſi
quid vltra ſortem ex pacto inito
receperit ſiue pecuniam: ſiue qđ
cūqꝫ aliud quod precio poſſit eſti
mari. Quinto quo ad ſymoniam
ſi actiue vel paſſiue in eaꝫ incide
rit. Sexto quo ad proditioneꝫ ſi
infidelis circa teſtamenta ⁊ reſti
tutiones fidei ſue commiſſas fue
rit. Item ſi mortem parētū opta
uerit vt bona eorum habere poſ
ſet. Item qualiter decimas ſolue
rit. Similiter ſi aliquem diligēr
finxerit vt eius diuitias haberet
Hoc ei ad ꝓditionē et auaritiam
pertinet. Itē ſi rē ab alio ablatā
⁊ ſibi creditā cuſtodierit. Si iu
ſtas ⁊ iniqs mercātias exercuerit
Si ludis ꝓhibitis vt pote decio
rū ⁊ cartarū vacauerit ⁊ ꝑcipue
inſtigante auaritia. Si in die fe=
ſto laborē manualē abſqꝫ magna
neceſſitate fecerit aut fieri iuſſe=
rit ⁊ ſic de multis alijs.

¶ Tertia litera dicti nominis ſa
ligia dicitur. l. q̄ dſignat luxuriā.
Et de hac feditate et abhomina=
tione debet confitens diligenter
quantum honeſte poteſt ſe accu=
ſare vtpote ſi cogitationes moro
ſas circa carnalē actū cū ꝯplacen
tia ⁊ delectatione in corde diu te
nuerit. Itē ſi actu īpudico motus
carnis i ſeipſo excitauerit. Silr
ſi in opus exterius vbi occurriſ=
ſet opportunitas ꝯſēſerit. Si pu
ellas aut qſcunqꝫ mulieres alias
verbis: tactibus: oſculis: ample
xibus ꝓmiſſionibus muneribꝰ ⁊
ſimilibus ad turpē actum cōcita
uerit. Sunt aūt ſex ſpecies luxu
rie q̄ ſcdꝫ ordinem que hic ponū
tur aggrauāt in malicia. Prima
vocatur fornicatio ſimplex q̄ eſt
ſoluti cum ſoluta tñ mortalis eſt
Secunda ſtuprū qđ eſt violatio
ꝟginis ea conſentiēte. Tertia ad
ulterium quod eſt inter coniuga
tum ⁊ coniugatā vel inter alterū
illoꝝ cū ſoluto vl̄ ſoluta. Quar
ta dicit̄ inceſtus q̄ eſt cum qs co=
gnoſcit ꝯſanguineam vel affineꝫ
ſeu etiaꝫ ſanctimonialē. Talis tñ
actus ſolet vocari ſacrilegiuꝫ eo
ꝙ aufertur qđ deo ꝯſecratū eſt ⁊
dedicatū p cōtinētie votū. Quin
ta vocatur raptꝰ Eſt aūt raptꝰ cū
qs violenter opp̄imit ꝟginē vel a
liā. Et iſte caſꝰ grauit̄ punit̄ ſcdꝫ
humanas leges ita vt vix aut nū
ꝗ̄ꝫ det̄ p tali a principe remiſſio
Sexta ſpecies vocat̄ pctm̄ ꝯ na
turā ꝙ iter oīa pctā carnis ē gra
uiſſimū horrēdiſſimū ⁊ corā deo
⁊ hoībꝰ abhominatiſſimū. Et nō
ꝙ luxurioſi merito p[illegible] cōparari
iumēto carni porco [illegible] a. ⁊ce.

¶ Quarta littera ꝑdi[illegible] noīs ſa=
ligia dicitur. i. q̄ deſignat iraꝫ q̄
eſt ebullitio ſanguinis iuxta cor.
Eſt autem aliquando huiuſmo=
di ira tantum venialis vt ſepe cō
tigit in illis q̄ cito cōmouēt et ci
to placant̄. Aliqñ vero eſt morta
lis vtpote qñdiu in corde ſerua=
tur cum appetitu ⁊ deſiderio vi
dicte. Sunt autem ſex ſpecies
ire: de quibus confitens debꝫ
ſe accuſare ſi in illis recognoſcit.

ſe deum offendiſſe. Prima ſpecies
vocat̄ blaſphemia: vt cū quis ex
magna ira ⁊ īpatiētia ꝓfert ꝯtra
deū verba contumelioſa: qḋ gra=
uiſſimū eſt ⁊ valde execrabile vi
tiū. Secūda ſpecies vocatur rixa
Eſt aūt rixa mot⁹ irci iniuriā vel
diſcordiam facti: per quem homo
ſepe cauſat lites ⁊ contentiones:
Tertis ſpecies dicitur tumor mē
tis. Eſt autem tumor mētis quan
do homo ex nimio furore mentis
tacet. Quarta ſpecies dicitur idi
gnatio. Eſt autem indignatio ali
cui ex ira denegare beneficium
loquele: ⁊ dimittere eum ſic. Qui
ta ſpecies vocatur cōtumelia. Eſt
autem cōtumelia ꝓrūpere in ver
ba iniurioſa ⁊ īhoneſta. Sexta ⁊
vltima ſpecies ire vocat̄ clamor.
Eſt autem clamor ṽbis acerbis ⁊
ꝓteruis ſilentium corrumpere.
¶ Debet ergo confitēs dicere ſi
diu contra ꝓximū ſuū irā tenuit:
cū appetitu vindicte et nocendi
cupiditate. Item ſi alium nō ſub=
ditum percuſſit. vulnerauit: occi=
dit. Et ſi talis eſſet clericus ſacer
dos aut laicus. Itē ſi renuit que
rere veniam ab his quos offen=
dit. Et ſimiliter ſi ſibi humiliter
veniam petentibus indulgentiā
denegauit. Item ſi ex ira vel o=
dio intulit contra aliquem con=
tumelias: aut in rebus eidem no
cumentum intulit. Item ſi ex mo=
tu ire nequiter deū blaſphema=
uit. Iurauit alteri vel maledixit
ſiue ludum alearum exercendo
ſiue alias. Et ſimiliter ſi aliū pla
citationibus ex rancore vexauit.
Hi enī ſunt modi in q̄bus pecca=
re ſolent homines ꝑ vitium ire.
¶ Quita littera nominis ſaligia

eſt. G. que deſignat gulam. Eſt
enim gula inordinatus ſiue ex=
ceſſiuus appetitus ciborū. Habet
autem hoc vitium ſex. peſſimos
ramos. Primus eſt cum quis co=
medit ante horam debitam: vtpo
te anteꝗ̄ dixerit horas ſuas ſiue
anteꝗ̄ fuerit in miſſa in die ſe.
Secundus ramus eſt cum quis
ſepius comedit ꝗ̄ deceat: et hoc
ſine cauſa. Nam ſemel comedere
in die eſt vita angelica Bis co=
medere in die: eſt vita humana.
Ter comedere in die eſt vita be
ſtialis. Tertius ramus eſt quan=
do aliquis nimis comedit aut bi
bit. Ita ꝙ peius eſt ei: vel quia ex
hoc incurrit ebrietatem aut gra=
uem infirmitatem: ſiue membro=
rum debilitatē. Quartus ramus
eſt cum quis nimis auide come
dit adeo ꝙ non ſufficienter maſti
cat eſcam ſuam. Quintus ramus
eſt quando quis eſt nimis delica
tus in cibis et potibus: nec recu=
ſat comparare: etiam multo pre=
cio: pro ſuo ventre delicioſa ⁊ pre
cioſa: quo quidem precio poſſet
ſubuenire multis pauperibus in
groſſis cibis. Sextus ramus eſt
cū quis delectatur in diuerſitate
ſaporū: vel eſcarū: et in abūdātia
earū. Et ſimiliter potuū. Et tales
vocātur galice bons grommeles
Itē debet hō cōfiteri ſi ieiunia ec
cleſie ceſſante infirmitate aut im
potētia: ſeu alia rationabili cauſa
tranſgreſſus fuerit. Si ebrieta=
tem aut vomitum ex ingluuia in
currerit. Si tabernas tempore di
uini officij die dominico: et feſte
frequentauerit. Nam qui in pre=
dictis ſentit ſe offendiſſe debet di
ligenter ſe confiteri. Pro faci=

liori autem commendatione me
morie predicti ſex rami gule no=
tari poſſunt per ſequentem verſū.
Pre propere laute nimis arden=
ter ſtudioſe.
¶ Sexta littera nominis ſaligia
eſt ſecundum I. per quod deſigna
tur inuidia que non eſt aliud ꝗ̄ cō
triſtatio ſiue dolor aut triſtitia de
felicitate aut bono alieno in quan
tum eſtimatur diminutiuū aut im
peditiuum proprij boni ſeu felici=
tatis aut glorie habet autem hoc
vitium ſex ramos peſſimos.
Primus eſt odium. Eſt autē odiū
inueteratus ranco animi qui na
ſcitur ex ſuperbia eo ꝙ hō inuidus
non vult habere ſibi parem.
Immo inuidet ſi aliter eſt altior
ipſo et habet ipſū quaſi odio. Se
cundus ramus inuidie ē detractio
Ex hoc enim ꝙ quis inuidet alte=
ri ꝓp aliquā gratiam quam videt
in eo prouocatur ad detrahendū
de eo vt ſic animus auditorum ex
tingat predictam gratiam. Vn̄ et
detractio ſolz diffiniri: ꝙ eſt aliene
fame per occulta verba denigra
tio. Tertius ramus dicitur diſcor
dia. Sepe enim ex inuidia ſequūt̄
rixe diſcordie partialitates mono
polia ⁊ ſimilia. Eſt autem diſcor=
dia aliquorum diſſenſio quos pri⁹
vinculū amoris ligauerat. Quar
tus ramus dicitur ſuſurratio. Eſt
autem ſuſurratio inter amicos di=
ſcordiam ſeminare. Hoc autē ma
lū ſepe operatur inuidis: vt ſic bo
num proximi impediat: et malum
prouocet: quo ad officium diabo=
li pertinet. Propter quod omnis
inuidus diabolicus eſt. Quintus
ramus dicitur exultatio in aduer=
ſitate proximi quando ſcilicet q̄s

letatur de malo alteri⁹ vel de im
pedimēto ſibi dato vel a caſu oc
currente ne aſſequatur tale vel
tale bonum beneficium aut offi=
cium. Sextus ramus inuidie di
citur afflictio ſiue triſticia in pro
ſperitate proximi vtpote quia ꝑ=
uenit ad diuicias officia aut bn̄fi
cia ſiue q̄cūq̄ honores. Vn̄ inui=
di⁹ merito pōt cōparari cani qui
letatur qn̄ videt aliū canē trāſeū
tē ꝑcuti ⁊ triſtatur ſi viderit ꝙ ſi
bi porrigatur mica panis.
¶ Septima et vltima littera pre
dicti nominis ſaligia eſt vltima
A per quā quidē litterā deſigna
tur accidia que nō eſt aliud ꝗ̄ tor
por animi quo quis aut bona ne
gligit inchoare aut faſtidit perfi
cere habet autē iſtud viciū ſicut
⁊ precedētia ſex ramos ſuos ⁊ ab
eo pullulantes. Primus igitur ra
mus dicitur ſollicitudo non quī=
dē circa debitā materiā aut oc=
cupationē ſed circa malā. Nā ex
quo aliquis eſt accidioſus ad bo
num ſtatim diabolus occupat eū
et facit eū ſollicitari ſeu excogi=
tare que ſunt alteri nocitura. Se
cundus ramus dicitur vagatio
mentis. que nō eſt aliud ꝗ̄ animi
deſidia qua quis de die in diem
proponit corrigere vitam ſuam
nec tamen eam corrigit. Idē dic
de obſeruantia mandatorum dei
ab eo. Tertius ramus dicitur pu
ſillanimitas. Eſt autē puſillanimi
tas mentis anguſtia qua quis ti
met aggredi magna. Quart⁹ ra
mus dicit̄ torpor. Eſt autē torpor
tepiditas animi qua quis torpet
in executione illius rei in qua de
bet feruere. Quintus ramus di=
citur rancor. Eſt autē rancor di=

ſplicentia quam quis gerit in cor
de ſuo aduerſus eos q̄ ſimulāt eū
ad bonum agendum. Sext⁹ ram⁹
dicitur deſperatio q̄ non eſt aliud
q̄ꝫ diffidentia de dei mīa. Nā poſt
q̄ꝫ vir accidioſus circa boni opera
tionem deuenit ad extremum vi=
te tunc frequenter deſperare ſo=
let de diuina mīa ꝯſiderās maloꝝ
ſuoꝝ m̄ltitudinē ⁊ bonoꝝ paucita
tē. Et iō ſolet compari aſino q̄ eſt
piger ad ambulādū: niſi flagello
cedatur. Dꝫ ḡ confitens ſe accuſa
re de accidia ſua conformiter ad
p̄dictos ſex ramos ſcđm ꝙ reco
gnoſcit ſe in talibus culpabilem.
Itē dꝫ cōfiteri de oī bono qđ face
re debuit: ⁊ potuit ⁊ nō fecit. Ver=
bi grā ſi pn̄ias iniūctas in p̄ceden
tib⁹ confeſſionibus omiſerit. Itē
ſi miſſā in die feſto audire negle
xerit. Itē ſi opera pietatis tpe et
loco nō impleuerit. Si vota non
compleuerit. Si ieiunia ecclesia
ſtica non obſeruauerit. Si teſta
menta ſibi commiſſa a morienti=
b⁹ adimplere tardauerit. Si cir=
ca officium ſuum remiſſus fuerit.
Si orare dn̄m qn̄ ⁊ quō debuit omi
ſerit et ſic de aliis. Ecce ergo quō
penitens debet gradatim ꝯfiteri.
ſ. ponendo ordinem in dicendis et
confitendis culpis: q2 nihil decen
tius nec qđ magis ad commenda
tionē memorie faciat q̄ꝫ debit⁹ or
do obſeruatus. Propter quod con
fitentes admonet Apo. i. cor. xiiii.
dicēs. Oīa honeſte ⁊ ſcđm ordinē
fiant in vobis vt in p̄ncipio hui⁹
capituli allegatum fuit. Patet er
go per locum ab auctoritate ꝙ cō
feſſio debet eſſe gradata.
¶ Secundo probatur idem inten
tum tali ratione. Quilibet volens
dare intelligere clare et nude ali=
cui aliquod grande et prolixū ne
gotium debet in narratione debi
tum ordinem obſeruare ⁊ grada=
tim procedere. Sed nullum nego
cium eſt qđ tam viſceralr̄ nos tā
gat ſicut eſt factū cōſciētie nr̄e cu
ꝓuidem⁹ ꝑ ſacramentalē cōfeſſio
nē. Igr̄ tūc gradatim eſt ꝓceden=
dum. Alias q̄ in globo ⁊ confuſe
confitetur reddit confeſſorem cō=
fuſum adeo ꝙ in fine vix ſciat quī
penitēs cōfeſſ⁹ ſibi fuerit. Quo fit
vt min⁹ ſaluti illi⁹ conſulere poſſit
aut ēt cōgruas pn̄ias iniungere.
¶ Tertio idem probatur ꝑ figu=
rā. Legitur em̄. iiii. Reg. v. ꝙ Heli
ſe⁹ p̄cepit Naamā leproſo dicens.
Uade lauare ſepties in iordane ⁊
recipiet ſanitatem caro tua: atq3
mūdaberis. Qđ cū feciſſet reſtitu
ta eſt caro ei⁹ ſicut caro pueri par
uuli. Ubi notādū ꝙ fluuius iorda
nis prefigurauit ſacramentum cō
feſſionis quod quidem ſacramen
tum eſt vnius de fluuiis paradiſi
terreſtris. i. eccleſie militātis. Na
aman aut leproſus recte peccato
rem deſignat ſicut facile declara
ri poteſt. Hic ergo Naaman de=
bet venire ad heliſeum id eſt ad
confeſſorem idoneum ſpe recupe
rande ſanitatis ſpiritualis. Qui q̄
dem heliſeus dꝫ eum mittere ad
iordanis fluuium vt ibi ſepties ſe
lauaret. Qđ fit cū confeſſor admo
net penitentem ad recte ⁊ ordina
te cōfitendū de ſeptem pc̄tis mor
talibus etiā eū dirigendo ⁊ adiu
uando vbi viderit expedire: ſecū
dū qualitatem perſone et culpe.
¶ Quarto probatur idem inten
tum per ſimilitudinem. Uidem⁹
enim aut ſaltem hoc certum eſt
ꝙ receptores erarii publici ſingu
lis annis habent ire ad camerā cō
putatorē: ⁊ ibi coram deputatis a
principe reddere rationem de om
ni recepta ſua. Ne autem ſint te=
dioſi dictis deputatis aut ne circū
ueniantur ſtatuunt bonū et clarū
ordinem in recepta ſua vt pote ꝓ
cedēdo per hebdomadas aut mē
ſes: ſiue etiam ꝑ particulares rece
ptas ⁊ huiuſmodi. Ubi autē in glo
bo ⁊ confuſe vellent rationem vil
licationis ſue reddere non ſolum
audiri contemnerentur verū etiā
confuſibiliter repellerētur. A for
tiori in propoſito. Applicatio eſt
facilis.
D ¶ Quinto probatur idem tali
exemplo. Legitur enim in ſpeculo
exemplorum diſt. ix. de duob⁹ fra
tribus ordinis predicatorum. quo
rum vnus erat penitentiarius do
mini pape: vir magne litterature
atq3 religioſitatis. Alter autē ſci
licet minor magne ſimplicitatis ⁊
innocentie. Accidit ergo eos eun
tes per viam declinare ad quod
dam caſtrum in quo morabatur q̄
dam magna domina que adulte=
rium commiſerat ſeu verius ince
ſtum cum vno de parentela ſua.
Hec ergo domina propter enormi
tatem caſus erubeſcens confiteri
ſuo curato ſic inconfeſſa de illo ca
ſu ſteterat per ānos vndecim. Ui
dens ergo iſtos duos fratres cogi
tauit: ꝙ eſſent viri honeſti: et qui
eam non cognoſcebant nec forſan
eſſent aliquando illic reuerſuri. et
ꝙ bonum eſſet antiquiori confite
teri maxime propter auctoritatē
qua fūgebatur. Rogauit ergo eū
mane facto vt eam de confeſſione
audiret. Quo benigne annuente
dixit ſocio ſuo: vt aliquantulū ſe
diuerteret: ab eis intra tamen ec=
cleſiam. Quod cum feciſſet et ocu
los paulisper ad predictos decli=
naſſet vidit ꝙ quotiens illa aperie
bat os ad confitendū exibat vn⁹
buffo de ore eius: qui ſaltando tan
dem exibat eccleſiam. Cum autē
poſtremo veniſſet ad confitendū
illud grande peccatū in mala ho
ra non fuit auſa ipſum dicere. Pro
pter quod dict⁹ iuuenis frater vi
dit iterum dictos buffones intra
eccleſiam redire atq3 in os et ven
trem eius intrare. Facta autem
die alterum exierunt domum. Et
cum ſimul ambularent cepit dict⁹
iuuenis narrare ſeni que viderat
at ille ſtatim intelligens dictam
dominam aliquid ſcienter celaſſe
rediit ad caſtrum illius: vt eā de
ſua ſalute moneret.
Sed in mala hora inuenit eā mor
tuam. Cumq3 poſt triduum ꝓ
illa rogaret dominum: apparuit
illi habens circulum ferreum et
ignitū circa collum. Inſuper ade
rant duo drachones eam cingen
tes et vbera eius ſuggentes.
Preterea habebat duos buffones
ſuper oculos.
Item de ore et naribus eius pro
cedebat ignis ſulphurne⁹ atq3 in
capite eius lacerte multe ſtabant
Et ait illi. Ego ſum illa infelix mu
lier que tibi fuit ꝑdie cōceſſa. Sed
quoniam ſcienter celaui tale pec=
catum: ecce modo ſum perpetuo
damnata. Patet ex hac hiſtoria
quantum prodeſt integre atq3 or=
dinate et gradatim confiteri.

¶ Capitulum. xiiii. ꝙ humiliter ē
confitendum.

Confiteor tibi dñe pater celi ⁊ terre. Matthei. xi.
¶ Octaua conditio bone cõfeſſiõis deſignata p. h. dr humiliatiõis. Debet nempe confeſſio cuꝫ omni humilitate fieri: hoc autem probatur multipliciter: videlicet.
Auctoritate
Ratione
Figura
Similitudine
Exemplo.
A ¶ Prio igit̃ auctoritate Eccli. iiij. Preſbytero humilia animã tuã: ⁊ magiſtro humilia caput tuum. In qb⁹ verbis oſtendit̃ duplex hũilitas requiſita ad bonam ↄfeſſionem. Una quidem in corde qꝛ hũilia aĩam tuã: ſupple te reputando pauperem et miſerũ pctõrẽ etiam indignũ grã dei ⁊ miã illius. Ois em̃ qui ſic ſe humiliat in occulis ſuis exaltabitur p̱ gratiam in cõſpectu domini. Alia autem hũilitas requiritur in confeſſione exterius ſeu in corpore De qua ſubditur. Et coram magnato. i. p̃lato humilia caput tuum: reuerentiaꝫ illi exhibẽdo. Et hoc eſt contra illos qui in confeſſione habent geſtus elatos ⁊ incompoſitos. De p̃dicta etiam humilitate in confeſſione habenda loquitur Augu. li. de vera et falſa penitentia. ca. xv. Et ſimiliter recitatur in decretis de penitẽtia diſt. v. cõſideret. vbi ſic dicitur. Ponat ſe penitens omnino in arbitrio ſeu poteſtate iudicis in iudicio ſacerdotis nihil ſibi reſeruans ſui vt omnia eo iubẽte paratus ſit facere pro recuperanda aĩe vita ⁊ quecunqꝫ faceret pro vitanda morte corporis: ⁊ hoc cũ deſiderio: quia vitam recuperat infinitam. Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus que faceret pro differenda morte moriturus. hec ille.
¶ Secundo probatur idem intentum tali ratione. Contraria contrariis curantur. Modo ſic eſt ꝙ in omni peccato eſt quedam generalis inobedientia ad diuinum preceptum: ergo neceſſe eſt in curatione illius ꝙ aſſit. humilitas. Predicta autem curatio maxime fit per confeſſionem igitur ⁊c.
¶ Tertio idem probatur p̱ figuram Legitur em̃ Judich. ix. ꝙ ipſa ſancta Judich cũ eſſet vidua ingreſſa eſt oratorium ſuũ: ⁊ induens ſe cilicio poſuit cinerem ſup̱ caput ſuum ⁊ proſterens ſe ĩ oratione clamabat ad dominũ cõtra perſecutionem. Olofernis crudeliſſimi tyranni. Ad propoſituꝫ per Judich que interpretatur confitens intelligitur anima peccatrix que tamen proponit cõfiteri. Hec igitur Judich peccando dereliqᵹ ſponſuꝫ ſuum xp̃m ⁊ ſic quodammodo vidua eſt. Sic ergo velit dicenti modo ad eum redire debet primo ſe ad orationis ſecretũ conferre orans ad dominum vt dignetur intellectum eius illuminare ad veram peccatorũ cognitionem de quibus confiteri proponit. Et ſimiliter voluntatẽ inflammare ad eorũ deteſtationẽ. Inſuper debet ſe induere cilicio p̱ carnis mortificationem ponere quoqꝫ ſup̱ caput ſuuꝫ cinerẽ p̱ mortis recordationẽ. Tandẽ debet ſe humiliare corã ſacerdote ⁊ ad dñm



proderit confiteri et non alias.
¶ Capitulum. xx. ꝙ neceſſario eſt confitendum.

Confiteor tibi domine pater celi ⁊ terre. Matthei. xi.
¶ Decimatertia cõditio bone ⁊ ſalubris cõfeſſionis deſignata per hanc literã. N. dr neceſſitatis hoc dicere ꝙ in lege grẽ poſtqꝫ qs mortaliter peccauit tenetur ſacerdoti confiteri. Iſtud autem probatur quintupliciter: videlicet.
Auctoritate.
Ratione.
Figura.
Similitudine.
Exemplo.
A ¶ Primo quidẽ auctoritate Aug. lib. de viſitatione infirmorũ cap. ii. dicit ſic. Sũt quidã qui autumãt ſibi ſufficere ad ſalutẽ ſi ſoli deo cui nihil occultũ ẽ ⁊ quẽ nll⁹ latet conſcientia ſua cõfiteant̃ crimina. Nolunt em̃ aut erubeſcunt ſiue dedignant̃ oñdere ſe ſacerdotibus; quos tñ inter leprã ⁊ lepraꝫ diſcernere per legiſlatoreꝫ conſtituit. Sꝫ nolo vt ipſa deciparis opinione quaten⁹ confundaris cõfiteri corã dño vicario tabeſcens pre rubore vel ceruicoſus pre dignatione Nam ipſius humiliter ſubeundũ eſt iudiciũ: quem dominus ſibi non dedignatur vicariũ. hec ille. Item Ambr. li. de paradiſo. c. xiiij. ⁊ ſilr recitatur de pe. di. i. nõ poteſt. Dicit ꝙ nõ pt̃. qſqꝫ a pctõ iuſtificari niſi fuerit pctm̃ añ confeſſus Super quo dicit glo. ꝙ triplex eſt cõfeſſio. ſ. cordis oris: operis. Prima fit deo. Secunda ſacerdoti. Tertia proximo. Item Eſa. xliij. Mandat dñs cuiꝫ peccatori dicens. Dic iniqtates tuas vt iuſtificeris. Ac ſi apte diceret dñs ꝙ non põt peccator ſaltẽ in lege gratie iuſtificari a peccato niſi primũ fuerit pctm̃ ↄfeſſus in re. ſ. aut in voto. Uñ idem Amb. li. ij. de pniã ca. vij. pertractans predictum verbũ. Eſa. dicit ſic. Nouit oĩa dñs ſed expectat vocem tuam nõ qdez vt te puniat ſed vt tibi ignoſcat. Non vult vt inſultet tibi diabol⁹ ⁊ celantem peccata tua arguat. Preueni igitur accuſatorẽ tuũ. Si em̃ teipſum accuſaueris accuſatorẽ nullum timebis. hec ille. Item Jaco. vltimo dr. Cõfitemini alterutrum peccata veſtra. In hoc aũt ꝙ loquitur Jacobus verbo iperatiuo dicens. Cõfitemini liquet aperte ꝙ comfeſſio peccatorum eſt ad ſalutem neceſſaria.
¶ Secundo probatur idem intentum triplici rõne. Pria eſt talis: nullus dꝫ eſſe iudex in ꝓpria cã vt pꝫ capi. ne quis ius ſibi dicat p̱ totum. Ergo poſtqꝫ hõ mortaliter peccauit nõ pt̃ ſibiipſi pñiam taxare neqꝫ ſeipſum abſoluere ſed neceſſario habet ſe iudicio alteri⁹ ſubmittere. etiam quacunqꝫ fungat̃ auctoritate: aut nobilitate ſiue ſi papa aut rex ſiue imperator.
¶ Secunda ratio eſt talis. Non minus confeſſio vocalis eſt ad ſalutẽ neceſſaria illi qui mortaliter peccauit: ſaltem in lege grẽ qꝫ baptiſm⁹. Sꝫ baptiſm⁹ eſt ſimplr̃ et abſolute neceſſari⁹ aut in re: ſicut pꝫ de paruulo: aut in voto: ſicut pꝫ de adulto iuxta illd̃ Chriſti verbũ Joannis tertio. Niſi quis rena-

eius fuerit ex aqua et ſpũ ſctõ non poteſt ⁊c. Ergo etiã ꝯfeſſio eſt neceſſaria ei qui mortalr peccauit: aut in re cũ põt haberi: aut in voto: cum non poteſt haberi ſine qꝛ deeſt copia ſacerdotis in caſu neceſſitatis: ſiue qꝛ penitẽs nõ põt loqui: et ſic de alijs impedimentis.

Tertia rõ eſt talꝭ. Oẽs adulti habẽtes legitimã etatẽ tenenᵗ in paſchate ſacrã cõionẽ ſuſcipere: vt pꝫ ex decretali Inn. iiij. prout recitaᵗ de pe. ⁊ re. ca. oĩs vtriuſqꝫ ſexus. Sed ad ipſum ſacramentum non poſſunt digne accedere qui mortaliter peccauerunt abſqꝫ ſpirituali mũdatiõe q̃ fit ꝑ actualẽ confeſſionẽ. Propter qđ in eadẽ decretali primo fit mentio de confeſſione faciẽda. Deĩde ⁊ ſcđo de ſuſceptione ſacramenti altaris. Igitur. ⁊c.

B ¶ Contra aũt ꝓdicta põt multipliciter inſtari. Primo quidẽ ſic Multi ſunt qui non habent ſuperiorez aut ſimpliciter: ſicut papa. aut in prõptu ſicut eꝑs ĩ ſua dioceſi abbas ĩ ſua abbatia curatꝰ ĩ ſua ꝓchia Ergo vr̃ ꝙ tales nõ tenẽtur confiteri. Alias ſi ſint minores prelati tenerẽtur pro qualibꝫ vice currere ad ſuperiorẽ: quotiẽs opus eſſet illis confiteri. Scđo põt ſtare ꝙ aliquis adultus in paſchate non habeat niſi venialia pctã ergo ſaltem talis non teneᵗ tũc cõfiteri. Maxime cũ nõ ſit de neceſſitate confiteri venialia: q̃ non auferunt gratiã nec ſoluunt dei amicitiã. Tertio. Penitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium vt inquit Hierony. Sed aliq̃ poſt baptiſmũ nõ ſunt paſſi naufragiũ: ſed innocẽter vixerunt. Ergo ſaltẽ tales non tenentur ꝯfiteri. Quarto ſic. Aliquibꝰ in lege gratie remiſſa ſunt peccata etiaꝫ grandia et hoc abſqꝫ confeſſione ſicut pꝫ de Petro ⁊ Paulo atqꝫ Magdalena Sꝫ nunc gratia dei nõ eſt minoris efficacie ad remittẽdũ peccata q̃ꝫ oli fuerit igitur.

C ¶ Ad hec oĩa rñdendũ ẽ cõformiter ad doctrinã beati Tho. iiij. ſen. diſt. xvij. q. iij. Ad primum igitur dicitur ꝙ nullus eſt ſimpliciter qui non habeat iudicez chriſtum cui per ſuum vicarium confiteri debet. Qui q̃uis ſit eo inferior inquantum ipſe eſt prelatꝰ tñ eſt ſupior inquantum ipe pctõr ẽ: ⁊ alter chriſti miniſter. Ecce quõ pctm̃ deijcit hoiez a dignitate ſua Ad ſcđm dr̃ ꝙ ille qui non hꝫ niſi venialia non tenetur confiteri ex iure diuino: ſed tantum ille qui hꝫ mortale. Tenetur tamen talis ad hoc ex iure poſitiuo: vel ex ordinatione facta in gñali conſilio ſub Innocentio tertio. vel dicendum ſecundum alios ꝙ ex virtute decretalꝭ omnis vtriuſqꝫ ſexus nõ obligantur ad confeſſionem niſi q̃ habent mortale peccatum quod patꝫ ex hoc ꝙ confitens debet confiteri oĩa peccata hoc aũt non poteſt intelligi de venialibꝰ qꝛ impoſſibile eſt oĩa illa confiteri. Et ita ille q̃ non habet niſi venialia peccata nõ teneᵗ cõfiteri vllo tp̃e. Sufficit autẽ talis ad hoc ꝙ impleat eccleſie preceptum: vt ſe ſacerdoti repreſẽtet: et dicat ſe eſſe per dei gratiaꝫ abſqꝫ conſcientia de mortali. Et hoc illi pro confeſſione reputatur. hec beatus Tho. Sed quis eſt inter adultos qui ſit abſqꝫ mortali: ⁊ laudabimus eum. Nempe talis ſi detur: fecit mirabilia in vita ſua quia ferme omnes ſubiacent grauiſſimis peccatis. pſ. Omnes declinauerunt ſimul inutiles ⁊c.

Ad tertium dicitur ꝙ et ſi aliquis poſſit euadere naufragium quod fit per peccatum mortale: non tamen regulariter poteſt euadere venialia per que diſponiᵗ ad naufragium. Ad quartum dicit beatꝰ Tho. ꝙ et ſi non legatur predicta rõ cõfeſſio potuit tamen fieri Multa enim ſunt facta que non ſũt ſcripta. Inſuꝑ chriſtus habebat poteſtatem excellentie in ſacramentis Unde ſine his que ad ſacramẽtuꝫ pertinent poterat rem ſacramenti conferre. Patꝫ ergo ꝙ confeſſio vocalis ẽ de neceſſitate ſalutis: niſi forſan propter impoſſibilitatem adeo ẽt ꝙ in abſẽtia ſacerdotꝭ licꝫ in caſu extreme neceſſitatis confiteri laico. Sic enĩ dicit Au. li. de vera et falſa penitentia. c. x. Et q̃ꝫuis laicus poteſtatem ſoluendi nõ habeat illis tñ qui ei confitenᵗ in caſu neceſſitatis: fit dignus venia ex deſiderio ſacerdotis. vt dicit idẽ Au. vbi ſupra. Nota tñ ꝙ talꝭ confeſſio non eſt neceſſaria neqꝫ ſimiliter ſacramentalis non tamen reprobatur et de hoc priꝰ dictũ eſt vel ca. j. ſub litera. C. Inſuper nota ꝙ ĩ tali caſu laicus teneᵗ ſub pena peccati mortalis celare que ſic audiuit non minus q̃ꝫ ille qui recepit aliq̃d ſub ſigillo ſecreti. Patꝫ ergo de ſecundo principali.

¶ Tertio probatur idẽ intentum ꝑ figurã Legiᵗ ei Deut. xxviij. ꝙ dñs dixit ppl'o iſraelitico. Per ſeptem vias fugias et diſperdaris per oĩa regna terre ⁊ ꝑ vnã viã egrediaris ꝯtra inimicos tuos. Ad ꝓpoſitum ſeptẽ vie ſeptẽ ſunt pctã mortalia per que pctõres fugiunt a deo. Uia autem vna ⁊ ſola ꝑ quam egredi debemus ꝯ inimicos nr̃os eſt via pnĩe ⁊ ſcr̃alis confeſſionis per quã exeũt ꝯfitentes ad pugnãdũ ꝯtra demones ⁊ pctã Nã nihil ſic terret ipos demones ſicut oris confeſſio. Da exemplꝫ de furibus nocturnis qui terrentur et ſtatim fugiunt cũ audiunt voces hoĩz clamãtiũ ⁊ dicẽtiũ Ad latrones latrones. Poſſumꝰ etiaꝫ aliã expreſſiorẽ figuram adducere ad propoſitum probanduꝫ vꝫ de lazaro: de quo dixit xp̃s diſcipulis ſuis poſtq̃ꝫ ſcilicet ſuſcitauerat eum a mortuis. Soluite inq̃t eum et ſinite abire. Joan. xj. Ex q̃bus verbis datur nobis intelligi ꝙ licet pctõr ſuſcitetur a dño ꝑ cordis contritionem adhuc tñ neceſſe habet ſolui in confeſſione ſacramentali per chriſti diſcipulos id eſt ſacerdotes. Et ſic patet ꝙ confeſſio eſt ad ſalutem neceſſaria.

¶ Quarto probaᵗ idẽ ꝑ ſimilitudinẽ de homine obligato duobꝰ creditoribꝰ. Talis eñ q̃ꝫtũcunqꝫ ſatiſfaciat vni: nõ eſt plene liberatꝰ niſi etiã ſatiſfaciat alteri. Sic ẽ aũt ꝙ homo peccãdo contrahit debitũ quo ad deum et quo ad eccleſiam Deo autem ſatiſfacit per contritionem. Nihilominꝰ eo ſoluto adhuc ille manet obligatꝰ eccl'e. A qua q̃dã obligatione nõ abſoluiᵗ: niſi ꝑ ſacramentalẽ ꝯfeſſionẽ. Põt etiam dari alia ſilitudo: videlicet de iſirmo aut vulnerato cui neceſſe eſt ꝙ infirmitatẽ medico oñdat

ſi vult curari: iuxta illud Boecij de
coſo. li. i. pſa. iiij. Si opa medican
tis expectas: oportet vt vulnus de
tegas tuum.

D ¶ Quinto pbaẗ idē intētū ta=
li exēplo. Legiẗ eñ in legenda bti
Egidij abbatis ꝙ tpe ſuo regna=
bat in gallia rex dict⁹ Karolus co
gnomēto magn⁹. Dictus ḡ rex in
ſtāter rogauit virũ dei Egidiũ vt
ꝓ eo intercederet ad dñm ſuper re
miſſione cuiuſdā grauiſſimi pcti
eũ ꝯmiſſi: qḋ nemini ꝯfiteri aude
bat verũ nec ipſi viro ſcō. Fertur
aũt ab aliqibus ꝙ erat inceſt⁹ cum
ꝓpria ſorore. Cũ itaqꝫ vir dei pro
eo miſſam celebrādo īſtanter ora=
ret dñm: mox aſſuit angel⁹ de celo
q̄ dimiſit ſup altare ſchedulā i qua
ſcriptũ erat regis pctm: pariter et
abſolutio dũmodo illud ꝯfiteretur
alias non abſoluebaẗ a dño. Hmōi
igiẗ ſchedulaꝫ accipiēs vir ſanct⁹
et legens leto animo venit ad re=
gem: quē ſeorſum trahens predi=
ctam ſchedulā eidē patefecit. Qḋ
videns rex obſtupuit. Nec mora i
terpoſita pctm ſcō Egidio ꝯfeſſ⁹
eſt a quo abſolutiōis bñficiũ obti=
nuit pariter et a dño. Patet ꝙ con=
feſſio eſt ad ſalutem neceſſaria.

E ¶ Legitur et aliud exemplum
ad idem ꝓpoſitũ ꝑſuadendũ i ſpe=
culo exemploꝝ diſt. x. de quadam
muliere q̄ vnicũ pctm in confeſſio
ne celauerat propter humanaꝫ ve
recundiā prout ſepe faciunt mulie
res i actum carnis lapſe. Dicta tñ
mulier nō ceſſabat die ac nocte ro
gare dñm cum lachrymis pro re=
miſſione dicti peccati. Cum igitur
quadā die in angulo eccleſie cōſti=
tuta ſic oraret dñm: pbr̄ quidā qui
pariter in ecclia orabat: vidit quē=
dam demonē ſup caput dicte mu
lieris huc atqꝫ illuc volitantem et
ꝓ imoderata leticia cachinos cohi
bere ñ valētē. Qḋ cernēs dict⁹ ſa
cerdos adiurauit ipſum demoneꝫ
per nomen ieſu chriſti inquirēs
quid ibi faceret ⁊ cur tantum ri
deret: cui demon: io ingd rideo qꝛ
video hāc mulierē currere ad i fe
ros: q̄ ſe cruciat ⁊ affligit imodera
tis fletib⁹. Exiſtimat e' fat⁹ ſuis fle
tib⁹ remiſſionē obtinere pcti ſui ñ
ꝯfeſſi qḋ nũqꝫ fiet etiam ſi ſic ſta
ret vſqꝫ ad diem iudicij. Quo au=
dito preſbyter vadit ad mulieręꝫ
et rē ſibi aperit. At illa hoc intel=
ligēs ſtati dicto ſacerdoti integre ⁊
plene ꝯfeſſa eſt. Diabol⁹ vero hoc
vidēs cũ clamore valido ⁊ fetore
horribili in ecclia relicto receſſit
nec poſtea ibi viſus eſt. Ex iſtis er
go duabus hiſtorijs pꝫ neceſſitas
cōfeſſionis ſi ſaluari cupim⁹, poſt
q̄ ſignāter peccauimus mortalr.

¶ Capitulum. xx. ꝙ obedienter cō
fitendum eſt.

Confiteor tibi dñe
pr̄ celi ⁊ tre mat. xi.
¶ Decia q̄rta ꝯdi=
tio bone cōfeſſionis
deſignata p literaꝫ
O. vocaẗ obeditio=
nis. Hoc eſt dictu ꝙ
q̄ cōfitetur debet obedire ſimplr
⁊ pure ſue confeſſori penitentiam
imponenti. Iſtud autem probatur
quintupliciter videlicet.
Auctoritate.
Ratione.
Figura.
Similitudine
Exemplo.

A ¶ Primo igitur auctoritate



Chryſo. ⁊ recitatur de penit. diſt.
iij. perfecta vbi ſic ait. Perfecta
penitētia cogit pctōrē oia libenẗ
ſufferre ſup. iuncta a ſacerdote vt
de glo. Itē Aug. de hmōi obediē
tia loq̄ns in lib. de vera ⁊ falſa pnia
ca. xv. Et ſilr recitaẗ de pe. di. iij.
ꝯſideret dicit. ſic. Ponat ſe penitēs
oino in arbitrio ſeu ptāte iudicis
in iudicio ſacerdotis nihil ſibi re
ſeruās ſui vt oia eo iubente para
tus ſit facere pro recuperāda aie
vita quecũqꝫ faceret pro vitāda
morte corporis ⁊ hoc cum deſide
rio quia vitam repererat infini
tam. Cum gaudio enim debet fa
cere immortalis futurus q̄ face
ret pro differenda morte moritu
rus. Hec ille. Vñ in glo. ſuper eo
dē cap. inſeruñẗ hec metra ad oñ
dendũ prompte eſſe obediendū
confeſſori penitētiā iponēti. Mo
ritur⁹ vt corpus redimas ferrũ
patieris ⁊ ignē. Arida nec ſitiēs
ora lauabis aq̄. Forti⁹ vt valeas
qcqꝫ tolerare negabis. Ac p̄cium
pars hec corpe mai⁹ hꝫ. Aliẗ poſ=
ſum⁹ loq̄ de obediētia req̄ſita in
ꝯfeſſione vꝫ in ordine ad deuꝫ q̄
ipſam confeſſionem precipit: et
ideo illi obedire debemus confi
tentes ſpontanee peccata noſtra
Unde ad hoc propoſitum loquiẗ
Aug. ad fratres in eremo ſerm.
xxx. q̄ intitulatur de ꝯfeſſione pec
catorũ vbi ſic ait. Vult de⁹ ꝙ cō
fiteamur pctā nr̄a non ꝙ ignoret
ipſa ſed vt diabolus audiat quo
niam confitemur: ⁊ penitet nos
peccaſſe ⁊ peccatis cōfeſſis cum
dolore ⁊ lachrymis: non habeat
amplius vnde nos incuſet. Dia=
bolus aũt vult vt taceamus. Cum
aũt mag' obediēdũ ē. Certe con=
ſtat ꝙ deo q̄ ſalutaria p̄cipit. Hec ille.
¶ Secundo pbatur idē intentum
tali ratione. Quilibet filius debꝫ
patri ſuo honorē ⁊ obedientiam
ſcdꝫ dñi preceptum Exo. xx. Mo
do ſic eſt ꝙ ille qui confitetur ali
cui aſſumit illum in patrem ⁊ ſi=
militer confeſſor illum in filium
ita vt merito poſſit dicere cōfeſ=
ſor de ſibi confitente illḋ. ij. Reg.
vij. Ego ero illi i patrē ⁊ ipſe erit
michi in filium. Cōcluditur ergo
ꝙ confitens tenetur obedire con
feſſori ſuo tanqꝫ patri preſertim
in his que ſunt ſui iudicij.
¶ Tertio pbatur idem per figu
ram Luc. xv. de filio prodigo per
quē itelligitur pctōr q̄ dixit. Sur
gam et ibo ad patrē meum: ⁊ di=
cam ei. Pater peccaui in celum ⁊
coram te iam non ſum dignus vo
cari filius tuus. Ecce hũilis cōfeſ
ſio. Fac me ſicut vnũ ex mercena
rijs tuis. Ecce prompta volũtas
obediēdi ꝯfeſſori ⁊ ſatiſfaciendi
deo. De hoc etiā aliā figurā ha=
bem⁹ Act. ix. Ubi fit mentio de
ꝯuerſiōe. Pauli ad fidē de q̄ tria
principaliter ibidē dicũẗ. Primũ
eſt eius grauis iniquitas: qꝛ pri⁹
perſequebatur eccleſiaꝫ Chriſti
Nam acceperat litteras plena=
rie ⁊ gñalis cōmiſſionis a princi
pibus ſacerdotũ vt ſi quos inue=
niret chriſtianos ſiue viros ſiue
mulieres victos perduceret hie
ruſalem. Secundum eſt immen
ſa dei bonitas quia circumfulſit il
lum lux de celo. Tertiũ eſt eiuſdē
Pauli obedientie ꝓmptitas cũ ait
Dñe qd me iubes facere. Ad ꝓ
poſitũ igiẗ deſcēdētes dicim⁹ ꝙ ꝓ

Paulum recte intelligit̃ quilibet
pctõr volẽs redire ad deũ ꝑ verã
ꝯfeſſionẽ de quo ipſe iſtimus conſi
derare ⁊ in quo poſſum⁹ ſpiritua
liter reperire illa tria que fuerunt
in Paulo. Primo nẽpe pctõr male
viuendo ꝑſecutus eſt xpm̃ regnã
tẽ in celis Heb. vi. Rurſũ crucifi
gẽtes ſibimetipſis filiũ dei. Scdo
circũfulget eũ lux d̃ celo qñ a deo
interius monetur ⁊ illuminatur
de fugiendis malis ⁊ agẽdis bo
nis ⁊ hoc ꝑ gratiã ꝑueniẽtẽ. ps.
Accedite ad eum ⁊ illuminamini
Et ẽ ſenſ⁹. Dũ acceditis ad deuz
ꝑ bonũ vſũ liberi arbitrij ſit̃ ab
eo illuminamini. Tertio dꝫ prom
pte obedire dicendo ꝯfeſſori ſuo
dñe qd me iubes facere ac ſi apte
diceret. Dñe ⁊ pr̃ ꝯfeſſor iubea=
tis ⁊ iponatis mihi q̃lẽ penitẽtiã
volueritis ſiue ieiunium ſiue ele
moſynam: aut peregrinationem
ſiue quodcunqꝫ aliud volueritis
et libenter obediã. Dũmodo res
ſit mihi poſſibil̃. Hoc ei eſt pone
re ſe omnino iudicio ſacerdotis
vnde de ꝯfeſſore taliter prompto
ad obedientiam audiẽs ⁊ inueni
ens poteſt dici illd̃ verbũ. Pſal.
Preparationẽ cordis eorum au=
diuit auris tua. Poſſumus etiam
ꝑdicta verba Pauli vbi ait. Do=
mine qd me ⁊c. exponere de ꝯtri
to. Talis enim ſi diceret ad dñm
Dñe qd me vis facere. Nõne ſa=
tis eſt ꝙ ſim ꝯtritus de peccatis
et tibi ſoli ꝯfitear ita vt nõ opor
teat pctã mea cõfiteri ſacerdoti.
Certe in tali caſu ſibi diceret do
minus hoc non ſufficere: ſed rñ=
deret illi dicens. Ingredere ciui
tatem. i. eccleſiam: et ibi dicetur
tibi ſupple ꝑ diſcretuz ꝯfeſſorem
quid te oporteat facer̃. i. qualem
⁊ quantã pniaꝫ oporteat te ferre
Ad dictam ergo ciuitatẽ veniẽs
pctõr ibi inueniet ananiã. i. legi=
timũ feſſorẽ q̃ audita ei⁹ cõfeſſiõe
⁊ ipoſita ſalutari ſatiſfactione tã
dẽ ponet manus ſuper caput ei⁹
bñficium abſolutionis impartien
do. Et cõfeſſi cadẽt ſquãme pctõ
rũ ab oculis cordis ipſius. Sicqꝫ
viſum iteriorem recipiet parit̃ ⁊
ſpũſſ[ancti] gr̃aꝫ. Ecce quãtũ ꝓdeſt
obediens confeſſio.

B ¶ Querit̃ circa hoc. Utrũ pe
nitens ſeu confitens teneatur de
neceſſitate ſalutis acceptare om=
nẽ pniaꝫ talẽ q̃lẽ placuerat ſuo cõ
feſſori illi iponere. Pro ſolutione
huius dubij opus eſt vti tali diſti
ctione. Penitẽtia iuncta a cõfeſſo
re aut eſt diſcreta aut indiſcreta
Si primũ tũc tenetur ꝯfitẽs illã
acceptare ⁊ acceptã ꝑficere. Qui
libꝫ ei tenetur ſui iudicij ſniaꝫ ac
ceptare ⁊ ꝑficere. Et ideo ſi peni
tens ſciens ea ⁊ ex deliberatiõe
omitteret talẽ pniam adimplere
mortaliter peccaret ⁊ d̃ hoc tene
retur poſtea cõfiteri. De alia au
tẽ penitẽtia debita ĩ foro dei ſec⁹
eſt quia in optione ſua eſt eã ĩ ꝑ
ſenti ſoluere vel purgatoriũ ex=
pectare ſi vero penitentia ſit in
diſcreta vtpote ſi ſit maior q̃ꝫ de
linquens meruerit adhuc diſtin=
guendum eſt quia aut talis exceſ
ſus eſt notabiliter magnus etiaꝫ
iudicio litteratorum ac diſcreto
rũ virorũ aut non. Si primũ tũc
nõ tenetur penitẽs ad illam. Tũ
qꝛ in tali caſu confeſſor manife=
ſte abutit̃ clauib⁹ eccleſie. Tum

qꝛ confeſſor non poteſt ligare cõ
fitentem ad arbitrium ſuum: illi
imponendo quantumcũqꝫ penitẽ
tiã voluerit. Quinimo ſic agen=
do mortalit̃ peccaret. Tũ qꝛ con
feſſor in taxandis penitẽtijs dꝫ eẽ
poti⁹ miſericors q̃ꝫ ſeuer⁹ ⁊ rigi=
dus. In hoc imitãs patrẽ ſuũ ce=
leſtem. Inſup vt dicit beat⁹ Tho.
iiij. ſẽ. di. xviij. q. i. ar. iij. q̃ſtiũ. iiij.
pnie que imponunt̃ in confeſſiõe
ſunt medicinales. Et ideo ſicut
peritus medicus non dat ſemper
medicinã ita efficacẽ q̃ ad morbi
curationẽ ſufficiat ne ꝓpt̃ debili
tatẽ nature maius periculũ oriat̃
ita etiã eſt de ꝯfeſſore q̃ nõ debet
ſemper iniũgere totã penã q̃ vni
pctõ debet̃ ne infirmus ex magni
tudine pene deſperet ⁊ a pena to
taliter recedat. Hec ille. Si vero
talis exceſſus non ſit notabilis ſꝫ
moderatus tunc dicendum con=
formiter ad beatuz thom̃. iiij. ſen
ten. diſtinc. xx. q. j. arti. ij. q̃ſtiun=
cula. ij. in ſol. ad ſecundum ꝙ ſi ſa
cerdos imponat maiorem pniaꝫ
ꝯdignã ꝯfitẽs tenet̃ illã recipere
et complere ſi poſſit: et hoc pro=
pter ſacerdotis iniunctionez: qui
non ſemper attendit ad debitum
pene: ſed vult contra futurã rui=
nam remedium adhibere. Unde
ſcd̃m eũdem docto. vbi. s. q̃ſtiun
cula. j. in corpore qñqꝫ pro mino=
ri peccato debꝫ imponi maior pe
nitẽtia ⁊ hoc ꝓpter maiorem dif
ficultatem reſiſtẽdi. Et dat ibi ex
emplum de iuuene fornicãte cui
imponitur maior pnia q̃ꝫ ſeni ꝓ ſi
mili caſu q̃uis ipſe iuuenis min⁹
grauiter peccet. Addendum eſt
etiam huic materie conformiter
ad dñm Petrũ de Palu. iiij. ſentẽ
di. xx. ꝙ ſacerdos nũq̃ꝫ dꝫ cõfitẽti
imponere pniaꝫ niſi credat ꝙ ille
poſſit et vellit eam facere aliãs
iponit ſibi laqueũ et nõ antidotũ
ſꝫ venenũ. Propter qd̃ nõ tãtã im
ponat ꝙ ille deſperãs totũ dimit
tat ſiue ꝓpter debilitatẽ bone vo
luntatis: ſiue corporis. Paruus
enim ignis ⁊ ſcintilla non eſt one
randa multis lignis ſed paulatiꝫ
fouenda ne extinguatur. Reſolu
torie ergo tenendum eſt in hac
materia ꝙ cõſideratis oib⁹ circũ
ſtantijs pcti ⁊ peccantis ſimiliter
corporis ⁊ anime maiorẽ aut mi
norẽ dꝫ ſacerdos iponere pniam
penitẽti ſicut magis credit ſaluti
illius expedire. Et ſic patet diffu
ſe ad queſitum.

¶ Quarto ꝓbat̃ idẽ intẽtũ ꝑ ſimi
tudinẽ de medico corporis cui ſi
bene obedit̃ ꝓpt̃ ſpẽ ſanitatis ꝯſe
q̃ndc. Ergo a fortiori obediẽdũ ẽ
medico aĩe. ſ. ꝯfeſſori ⁊ hoc ꝓpter
ſpẽ ſalutis ſpũalis ⁊ eterne ⁊ ſignã
ter vbi iponit pniaꝫ diſcretã.

C ¶ Sed circa hoc q̃rit̃ que ſit
pnia diſcreta ⁊ rõnalis ⁊ que non
Certe illa eſt quam vir prudens
doctus ⁊ diſcretus ꝓnunciabit at
tenta q̃ntitate culpe ⁊ qualitate ꝑ
ſone dicit tamen Hoſtien. in ſum=
ma ſua de. pe. et. re. ꝙ pro quolibꝫ
mortali pctõ regulariter deberet
imponi penitentia ſeptẽnis. Sic
etiã volunt iura de rigore vt pꝫ
xxxiij. q. iij. hoc ipſum. Aliquãdo
autẽ pnia degens vt patet diſti.
lxxij. preſbyter. Ubi dr̃ ꝙ ſi pſbi
ter lapſus fuerit in peccatum car
nis debet per decem annos peni
tere. Hodie tamen penitẽtie ſunt

arbitrarie e: hoc ꝑcipue intelli=
gēdo in foro ↄſcie. Nec tñ ē ſenſꝰ
ꝙ ſacerdos poſſit ꝓ libito ſue vo
luntatis taxare q̄ꝫcunq; peniten
tiam voluerit ſꝫ opus ē arbitriū
ſuum eſſe bene regulatū vtpote
cōſiderata criminis q̄ītitate ꝛ ꝑ=
one qualitate ſiue quo ad digni=
tatē ſiue quo ad officium ſiue q̄
ad diuitias paupertatē infirmita
tē debilitatem complexionē con
ſuetudinem diuturnitatem ꝛ hu
iuſmodi. Quibus oībus penſatis
debet ſacerdos imponere penitē
tias arbitrarias. i. ſcd̄ꝫ magis et
minus vt ꝓbari poſſet faciliter
per iura; que habentur in ſequen
tibus cotatiōibus videlicet. xxv.
q. vij. tempora Item de pe. diſt. j.
menſuram. Item de conſecra. di
ſtin. iij. de penitentibus. Simili=
ter extra de homicidio, ca. ſicut
dignum. Item extra de eo qui co
gnouit conſanguineā vxoris ſue
cap. trāſmiſſe Item extra de pe.
ꝛ re. c. ſignificauit. Et ideo ↄfeſſores
debent obſeruare iſtō documētū
ꝛ dicere confitenti. Chariſſime:
tu cōmiſiſti multa ꝛ grauia pctā
ꝓ quoꝝ quolibet ſecūdū rigorē
iuris deberes ad minus ferre pe
nitētiā ſeptēnē ſꝫ forte oēs dies
vite tue ad hoc pagēdū nō ſuffi=
cerēt. Tñ ↄfidēs de dei mīa ſpe=
rās q i corde tuo dolens iniūgo ti
bi talē vł talē penitētiā. Reſidu
um aūt maneat in mīa domini.
Hoc tamen ſcias ꝙ in foro dei ob
ligaris ad multo maiorem: et ideo
appone diligentiam multiplican
di alia bona opera per que illam
totaliter expiare poſſis: vt cum
veneris ad articulum mortis va
leas directe ad regnū celoꝝ euꝫ
cuato purgatorio peruenire. Et
q: bōa iniuncta in ↄfeſſione ſcd̄ꝫ
theologos in iiij. ſen. di. xviij. ſūt
efficatiora ad remittēdū hmōi pe
nā ꝛ ſilr ad augēdū meritū vite
eterne ratiōe obediētie ideo volo ꝙ
q̄cq̄d boni feceris in poſterū ſiue
ſint Ieiunia/ſiue orōes/eleemo
ſyne aut peregrinationes valeāt
tibi in remiſſionē peccatoꝝ tuo=
rum. i. pene ꝓ illis debite.

D ¶ Sūmope tamē debēt ca=
uere domini confeſſores ne tam
leues iniungant penitentias ꝙ p
hoc veniant claues eccleſie in cō
temptum. Sic enim ſcribitur in
decretis. diſtinct. l. capitu. abſit
Ubi ſic legitur Abſit a Romana
eccleſia rigorem ſuum tam pro=
phana facilitate dimittere ꝛ ner
uos ſeueritatis fidei auerſa ma=
ieſtate diſſoluere vt ꝑperata ni
mis remedia cōicationū vtiq; nō
ꝓ futura ꝑſtent. Hic etiā ex̄ de vi
ta ꝛ ho. cle. c. vt clericoꝝ dr̄ ꝙ fa
cilitas venie ꝓbet icētiuū delīqn
di. Et idē hr̄ xxiij. q. iiij. c. ē iniuſta
mīa. Pꝫ ergo q̄ ſit diſcreta pnīa ꝛ
q̄ nō. Inſuper notādū ꝙ ad diſcre
tionē pnīe ꝑtinet vt ſemper iniū
gatur in cōtrariū delicti. Uerbi
gratia. Superbo iniūgat humilis
oratio auaro elemoſinarū largi=
tio luxurioſo carnis maceratio
pigro ſctā exercitatio guloſo ie=
iunium ꝛ ſic de alijs.

E ¶ Quinto probatur idē inte
tum exemplo. Legitur enim ꝙ fuit
ſemel quidam dictus Colinꝰ ſeu
Nicolaus qui veniens ad cōfeſ=
ſionē cum debuiſſet illi īpōi pnīa
nichil volebat acceptare ſemper
aliquam palliatam excuſationē
afferens. Nā cū ſacerdos vellet
illi īponere lōgā peregrinationē
ſe excuſabat ꝙ nō poſſet ābulare
Itē cum dixiſſet illi ſaltē bene po
teritis talē elemoſinā facere ſe
excuſabat ſup rerū inopia. Similr cū
dixiſſet illi ꝙ ſaltē bñ poſſet legere
tales ꝛ tales orōnes vſq; ad pre=
fixum tempus: ſe excuſabat ſup
quotidiano opere. Rurſum cum
illi vellet aliqua ieiunia impone
re illud inquit eſt quod eſt mihi
difficilius: et quod magis timeo
Tunc ait confeſſor. Saltem bene
ieiunabitis per vnam diem. Nō
enim poſſum vos abſoluere abſ=
q; penitentie īpoſitione. Ad quē
Collinus. Pro vna die tranſeat ī
nōie dñi ſpero ꝙ ꝓ vna die ieiu
nij nō moriar. Uerūtñ dñe curate
noueritis ꝙ ego ſū debiliſſime me=
morie et timeo ne hoc de facili ꝑ
trāſeat memoriā meā ideo rogo
vos vt hoc ieiunium ꝛ diē ſcriba
tis in fine libelli mei. Scripſit ergo
curatus ibidem in hunc moduꝫ
Coline tu ieiunabis cras his igi
tur pactis Colinus rediit domū
rogās vxorē vt faceret ſibi bonū
vultū eo ꝙ oporteret eū in craſti
num ieiunare. Illa autem cogno
ſcens q̄ male ieiunare conſueue
rat parat illi egregiā cenā vt ſic
facilius poſſet ferre ieiuniū cra=
ſtinuꝫ. Sed facta die altera q̄ꝫ pri
mū ſurrexit de lecto declinauit
ad locū ī quo cibaria domꝰ repo
ni ſolebāt. Quē cernēs eius vxor i
cepit clamare ꝛ dicere. Heu Col
line quid vultis facere. Nōne ho
die debetis ieiunare. Certe inquit
non hodie ſed cras: ſic enim ſcri
pſit in heris meis curatus noſter
et ſic de die in diem ꝓcraſtinauit
dicēs ꝙ nō hodie ſed cras ī libel
lo ſuo ſcriptū hēbat. Ex hac lu=
dicra hiſtoria reꝓbatꝰ chariſſimi
inobediētia eoꝝ q̄ noluit aut negli=
gūt penitētias ſibi īpoſitas ī pñti
ſoluere. Cū tñ ad hoc obligētur ſub
pena pctī mortalis vt dictū ē. De
reſiduo aūt ꝙ ſup eſt in ipſis eſt
ſe in pñti acq̄tare aut purgatoriū
expectare. Quid ſi ſapiētes eſſēt
in preſenti ſe acquitarent ꝛ ſignā
ter propter huiuſmodi purgato=
rij acerbitatem.

¶ Capitulum. xxj. ꝙ pro
pria debet eſſe confeſſio.

Confiteor tibi dñe pr
celi ꝛ terre. Mat. xj.
¶ Quintadecima cōdi=
tio bone ↄfeſſiōis: de
ſignata per ſanc. Tho.
dicitur ꝓprietatis. Hoc eſt dictu
ꝙ cōfeſſio dꝫ eſſe ꝓpria. Iſtō autē
ꝓbatꝰ q̄ntupliciter: vcꝫ.
ē ſacerdos ad celandū ea q̄ au
diuit. Idē ēt dicendū de illo ſiue
clerico ſiue laico q̄ a caſu trāſeū
do añ ꝯfeſſorē vel ꝓpe aſtādo au
diret aliquē caſū noiari p ꝯfitētē
Idē dic a fortiori de illo q̄ ex cer
to propoſito auſcultaret aut ſe in
ſecreto abſcōderet vt poſſet au
dire que dicit cōfitens. In his et
oībus caſibus tenet̄ audiēs cela
re pctā audita. Silr eodē vincu
lo aſtringit̄ quicūq̄ȝ recipit aliq̄đ
ſub ſigillo aut ſecreto cōfeſſionis
ſiue ſit ſacerdos ſiue laicus. Et iō
nō debet homo eſſe facilis ad re
cipiendum aliquid ſub ſecreto ꝑ
talem modum.

C ¶ Queritur ſi liceat confeſſo
ri dicere bona de perſōa quā au
diuit de cōfeſſiōe. Videtur ꝙ ſic.
Quia ſacerdos tm̄ tenet̄ celare
pctā audita in ꝯfeſſione de quibꝰ
nullo mō pōt loq̄ nec directe nec
indirecte. Indirecte q̄dem ſiue q̄
ad circunſtantias ſeu cōiecturas
p q̄s pōt deueniri i aliq̄lē notitiā
pcti illiꝰ q̄ eſt ſibi ꝯfeſſꝰ. Exēplum
de illo q̄ diceret ꝺ ſibi ꝯfeſſo. Ego
bene onerani hūeros talis viri
vel mulieris. Credo ꝙ alia vice
non reuertet̄ ad me ꝓ confeſſio
ne vel ꝙ erit bene memor mei: ⁊
ſimilia. Ad predictam queſtionē
reſpōdet dn̄s Petrꝰ de Palude.
iiij. ſen. diſt. xxi. q. iij. ar. ij. conclu
ſione. iij. dicens ꝙ licet abſolute
dicere ꝯfeſſori bona quibus lau
dat̄ pſona ſibi confeſſa puta quia
virgo vel q̄ nunq̄ȝ peccauit mor
taliter ⁊ hm̄oi. Secundo dicit ꝙ



hoc non licet quando per hoc ꝙ
vnus laudatur peccatum alteriꝰ
reuelatur. Quia quod de vno di
citur de altero negatur vt dt̄ Gre
go. in hom̄. ſuper illud Joan. viij.
Ego demonium nō habeo. Unde
duobus confitentibus ſi poſtmo
dum confeſſor diceret de vno. Iſte
eſt virgo vel iſte nunq̄ȝ peccauit
mortal'r ſtatim poſſet eſſe ſuſpicio
cōtra alium. Hec de Pal. et bene.
D ¶ Quito probatur idem in tē
tum per exemplum: Legitur eniȝ
ꝙ quidam occidit alium virū o cć
culte tamen. Quo facto peniten
tia dictus cucurrit ad confeſſionē
Filij ergo occiſi habentes aliqua
lem ſuſpicionem de illo qui homi
cidium fecerat ⁊ ſcientes ꝙ recen
ter cōfeſſus fuerat venerūt ad con
feſſorem comminante ſibi morteȝ
caſu quo non diceres eis veritatē
de illo qui ſibi confeſſus fuerat il
le autem tanq̄ȝ vir probus et pru
dens magis timens deū q̄ȝ hoīes
de hoc nihil illis dicere voluit.
Propter qđ occiderūt eū. Et ecce
eo mortuo viderūt ꝙ mirabiliter
claudebat labia ſua. Propter ꝙ
vnus ex ip̄is acepto gladio voluit
aperire os eius. Sed q̄ntūcunq̄ȝ
ad hoc laboraſſet tñ nihil profecit
Deo ſic diſponēte: qui per hoc vo
luit innoteſcere q̄ntum ſibi placeat
celare peccata audita ⁊ recepta in
confeſſione. Ex his ergo omnibꝰ
debent pauperes peccatores aſ
ſumere ſibi audaciam ⁊ fiduciam
plene ⁊ perfecte confitendi. Sin
alias peccata eorum publicabun
tur coram omnibus in die iudicij
ad ipſorum confuſionem et per
petuam damnationem. A q̄ nos

perſeruet dominus.

¶ Capitulum. xxvi. ꝙ confeſſio de
bet eſſe voluntaria.

C Onfiteor tibi domine
pater celi et terre.
Mathei. xj.
¶ Uigeſima cōdi
tio bone ꝯfeſſiōis
ꝯſignata ꝑ hāc li
teraȝ alphabeticaȝ
V. dicit̄ volitiōe. hoc eſt dicēs
ꝙ confeſſio dȝ eſſe volūtaria. Hoc
autem probatur quintupl'r videlȝ
Auctoritate
Ratione
Figura
Similitudine
Exemplo

A ¶ Primo q̄dē auctoritate ꝓ
dicētis i pſona veri penitētis. Uo
lūtarie ſacrificabo tibi ⁊ cōfitebor
noī tuo dn̄e. i. ad honorē nois tui
q̄ ita p̄cepiſti fieri Notā. er autē
dt̄ penitēs ⁊ cōfiteri ꝓponēs. Uo
luntarie ſacrificabo tibi q̄ maxi
mū ſacrificiū ⁊ adeo acceptiſſimū
offert qui volūtarie ⁊ ſpōtanee cō
fitetur. Qui autē inuite cōfitet̄ aut
timore pene ſcȝ reputet̄ tanq̄ȝ infi
delis nō deo ſȝ potiꝰ diabolo offert
ſacrificiū Unñ Augu. ad fratres
i he. ſer. xiij. q̄ inq̄t vertuiq̄ȝ vltimū
die. xl. vel vite ſue diſtulerit cōfi
teri dat ſignū ꝙ hoc libenter nō fa
cit. Non gratioſe non puro corde
ſed coactuo hoc facere vr̄. Coacta
aūt ſeruitia q̄ntum deo vl' hoībus
placeāt conſiderate. Nō ḡ de die
i diē differamꝰ pendere cordis nr̄i
ſecreta. Promiſit eñ deꝰ veniam
penitēti ſed nō ꝓmiſit vſq̄ȝ in cra
ſtinum differenti. Igitur non diffe
ramꝰ. Hec Aug. vbi ſ̄. Itē de pe.

diſtin.vij. Nullꝰ ſic legitur. Nul=
lus expectet qn̄ peccare non pt̄ ar
bitrij querat libertatem vt delere
poſſit cõmiſſa nõ neceſſitatē. Qui
prius itaqꝫ a peccatis relinquitꝰ ꝙ̄
ipſe ea relinquat non libere:ſꝫ q̄=
ſi neceſſitate condēnat. hec ibi.
¶ Scd̄o probatur idem tali rõne
Omne opus virtuoſum ⁊ laudabi
le debet eſſe voluntarium quia ex
his que nobis inuitis accidūt nec
laudamur nec vituperamur. Sed
confeſſio eſt ſacramentum valde
laudabile:et opus virtuoſum ꝙ̄tū
eſt ex ſe relinquitꝰ ergo ꝙ dꝫ volun
tarie fieri: Unde propter hanc ra
tionē confeſſio que differtur vſqꝫ
ad vltimum vite:eſt valde dubia
et incerta. Prout teſtatur Augu.
ad fratres in heremo ſer.xlv. Et ſi
militer recitatur de pe.diſt.vij. Si
quis poſitus in vltima neceſſitate
egritudinis ſue voluerit peniten
tiam accipere et mox reconciliatꝰ
hic vadit fateor vobis non illi ne
gamus quod petit nec preſumo di
cere ꝙ bene exit:ne vos fallaꝫ. Fi
delis enīꝫ bn̄ viuens hinc ſecurus
exit baptizatꝰ ad horam ſecurus
hinc exit. agens pniam et reconſi=
liatus dūꝫ ſanus eſt ⁊ poſtea bene
viuēs ſecurus hic exit. Agēs autē
penitentiam ad vltimum ⁊ recõſi
liatus ſi ſecurus hinc exit ego nõ
ſū securꝰ. Et poſt pauca. Nunquid
dico ꝙ talis damnabitꝰ. Nūquid di
co liberabitur. Neſcio non preſu
mo:nõ promitto non vos decipio:
qꝛ de dei voluntate prorſus neſcio
Uis ergo a dubio liberari: age pe
nitentiam dūꝫ ſanus es. Si ſic
agis ſecurus es:qꝛ penitentiā egi
ſti eo tēpore quo peccare potuiſti.

Si autem vis agere penitentiam
quando peccare non potes:pecca
ta te dimiſerunt non tu illa hec ibi
cum multis alijs ad propoſitum
que breuitatis cauſa pertranſeo.
¶ Tertio probatur idem intentū
ꝑ figuram. Legitur enim Joſue.
vij. ꝙ Joſue dux filiorum iſrael di
cit ad acham. Fili mi da gloriam
domino deo iſrael ⁊ confitere atqꝫ
indica mihi quid feceris:ne abſcõ
das. ad propoſitum Joſue eſt con
feſſo. qui debet cum omni mãſue
tudine ⁊ benignitate inducere a=
cham:id eſt confitentē vt det glo
riam deo confitendo volūtarie pu
re nude peccata ſua indicando ſi
bi quicquid mali fecerit:etiā nihil
ſimpliciter abſcondendo quod ſit
aut eſtimetur mortale: Ecce ꝙ̄ bo
num eſt querere bonum et diligē
tem confeſſorem qui poſſit iuua=
re confitentem ⁊ hortari ad verā
confeſſionem.
¶ Quarto idem probatur per ſi=
militudinem de lupo de quo dicit
Plinius in naturali hiſtoria:ꝙ cūꝫ
de nocte vadit ad predam:ſi pes
ſuus ſtrepitū fecerit ſolet ipſum
mordere eo ꝙ per ipſum potuit ſi
bi periculum imminere. Jta in ꝓ
poſito peccator attendens ꝙ ſibi
imminet periculum eterne dam=
nationis propter ſuum peccatum
debet ipſum ſpõtanee mordere tā
per interiorem contritionē ꝙ̄ per
exteriorem oris confeſſionē. Pro=
pter quod dicebat Pſal. ad domi
num in perſona cuiuſlibet rite con
fitentis. Delictum meum cognitū
tibi feci: et iniuſticiam meam non
abſcondi.
B ¶ Quinto idē ꝓpoſitū ꝓbatꝰ



tale exemplum. Legitꝰ enim ī ſpe=
culo exemplorum. diſt.iij. ⁊ ſumitꝰ
ex geſtis anglorum ꝙ fuit ſemel
in Anglia quidam miles ſtrenuiſ
ſimus ⁊ qui ſemper erat primꝰ ad
bellum quē tandē contingit egro
tare ad mortem. Hunc ergo viſita
uit rex eo ꝙ ipſum charum ha=
beret et eum monuit confiteri: eo
ꝙ iudicio medicorum eſſet factūꝫ
de vita eius. Uerum ipſe ſpreuit
monita ſalutis:dicens nondūꝫ ad
ueniſſe tempus quo confiteri de=
beret. Dicebat enim. Si nunc con
fitear et contingat me ad ſanita
tem redire conſodales mei impro
perabunt mihi ꝙ timore mortis
hoc fecerim cū tamen nullum ti=
muerim vnquam. rex ergo audiēs
langorem increſcere. nec tamē mi
litem velle confiteri iterū die alte
ro ad eum reuertitur: et monere
eum cepit. Ad quē miles. Ad q̄d
mihi loqueris cõfiteri. Certe hoc
facere non poſſum eo ꝙ iam de=
monibus et penis infernalibus de
putatus ſum. Patet ergo ꝙ volun
tarie confitendūꝫ eſt: ⁊ in bona ho
ra iuxta illud Eſa.xxxviij. Uiuēs
viuens ipſe. ſupple peccator con
fitebitur tibi. Sic ergo chariſſi=
mi agamus: vt tandem ad cele
ſtem gloriam peruenire valeamꝰ.
Preſtāte domino noſtro ieſu chri
ſto. Qui cum patre et ſpiritu ſan=
cto.⁊c.
¶ Explicit primus tractatus ſu=
per confiteor in qua materiā de
confeſſione prolixe deduximus:
ſcientes dictam materiam ſaluta=
rem et gratam indocte plebi.
Quā tn̄ prudēs predicator abbre=
uiare facile poterit prout libuerit

# ¶ Tractatus ſecundi. prima pars. Capitulum primum de malis que facit peccatū

Confiteor tibi domi=
ne pater celi ⁊ terre
quia ſupple peccaui
nimis. Matthei.xj.
¶ Poſtꝙ̄ in precedē
ti tractatu diffuſe ega
imus de confeſſione:ſupereſt ī hoc
ſecundo tractatu deducere mate=
riam ipſius confeſſionis que nõ ē
aliud ꝙ̄ peccata propria et actua
lia:de quibus ſe accuſat confitens
cum ſubdit in dicendo confiteor
q̄a peccaui nimis. id eſt valde gra
uiter. et ideo circa hoc errant tria
hominum genera. Primi ſunt qui
confitentur peccata aliena: velut
alter phariſeus qui dicebat ad do
minum. Non ſūꝫ ſicut ceteri hoīm
velut ēt hic publicanꝰ Luc.xviij.
Scd̄i ſunt q̄ confitentꝰ propriā iu
ſticiam ⁊ bona q̄ egerūt:velut idē
publicanus q̄ dicebat. Jeiuno bis
in ſabbato. decias do oīm q̄ poſſi=
deo. Tertij ſunt illi q̄ multa nar=
rant in confeſſione que minime ꝑ
tinent ad ipſam confeſſionem:et q̄
tedioſum ē diſcreto et docto con
feſſori audire Et in hoc ſepe delin
quunt mulieres deponentes inter
dum querimonias ſuper damnis
aut iniurijs ſibi illatis:vt etiam ſu
per morte filiorum aut charorum
ſuorum huiuſmodi ergo longas
et inutiles narrationes debet ꝙ̄
tum poteſt preſcindere diſcretꝰ cõ
feſſor:dicens talibus. Ueniatis
ad rem ⁊ dicatis peccata veſtra.
Propterea enīꝫ huc veniſtis: Non

eſt tamen inutile interdum ſuper dubijs querere conſilium a perito confeſſore. Quamuis melius eſſet hoc differre ad aliud tempus. ſiue poſt confeſſionem niſi forſan eſſet queſtio de aliquo caſu de quo dubitat confitens an ſit peccatum necne. Dicat ergo penitens cum eſt coram ſacerdote: Confiteor deo et tibi pater q2 peccaui nimis.

## ¶ Capitulum primum de malis que facit peccatū.

A ¶ Notandum eſt autem circa hoc q̄ merito debemus confiteri peccatum mortale per nos cōmiſſum et hoc propter ſeptem mala que in nobis operant: etque deſignantur per ſeptem literas huius verbi Peccaui. Nam peccatū eſt

Penitentie fruſtratiuum
Egeſtatis generatiuum
Cecitatis inductiuum
Charitatis diſſipatiuum.
Amaritudinis cauſatiuum.
Vie celeſtis aberratiuum
Indignationis diuine ꝓuocatiuū

B ¶ Primo igitur peccatū ē penitentie fruſtratiuum: hoc aūt ꝓbatur quintupliciter videlicet

Auctoritate
Ratione
Figura
Similitudine
Exemplo.

¶ Primo quidem auctoritate Ezechiel. xviij. vbi introducuntur verba domini dicentis. Si auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua: et fecerit iniquitatem omnes iuſtitie eius q̄s fecerat nō recordabuntur. Ecce q̄s manifeſte patet intentum.

¶ Scd̄o ꝓbat idē intentū rati rōne. Vere pnīe fructus et operatio ē gr̄a in pn̄ti ꝛ glīa eterna ī futuro Sed pctm̄ mortale aufert gr̄am ꝛ impedit cōſecutionem eterne glorie dicente ſcriptura vbi ſupra. Aīa que peccauerit ipſa morietur: ſupple morte eterna. Ergo peccatum eſt penitentie fruſtratiuum.

¶ Tertio probat idē ꝑ figurā. Legit ei. iij. Re. ij. q̄ mortuo Dauid Salomō filius eius vocauit Semey ad ſe dicēs. tu noſti q̄ egiſti cō patrem meū Dauid edifica tibi domū in hierl'z: et habita ibi. Quacūq3 aūt die egreſſus fueris inde ꝛ tranſieris torrentē ſcito te interficiendū. Reſpondit Semey bonus eſt ſermo regis habitauit ergo Semey in hierl'z multis diebus. Sz poſt annos tres i mala hora ꝓ eo exiuit de hierl'z et iuit ad achis in Geth ad requirendum ſeruos ſuos q̄ ab eo fugerant Relatum eſt autez Salomoni q̄ Semey egreſſus eſſet de hierl'm: et mittens vocauit eū dicens. Nōne predixerā tibi q̄ quacunq3 hora contingeret te exire de hierl'm morti eſſes tradendus. Juſſit itaq3 rex Bennaie filio Joiade vt irrueret in eum: itaq3 interficeret. Quod et factū eſt. Moraliter Solomon q̄ interpretatur pacificus recte xp̄m deſignat cuius vita ꝛ conuerſatio ſemꝑ pacifica extitit Dauid aūt q̄ interpretat vno modo manu fortis: ſignificat deum patrem.

Cuius fortitudo apparuit in productione rerum de nihilo.

¶ Item in glorificatione ſanctorum angelorum et eiectione ſuperborum ſpirituum de celo.

¶ Item in diuiſione maris rubri: ꝛ multis alijs modis.



Semey vero qui vno modo interpretatur audiui ſignificat pctōrez qui potius audit voce3 diaboli vocans eum ad culpam ꝛ gehenna3: q̄s dei eum vocantis ad gr̄am et gloriam. poſtremo Hieruſalem q̄ interpretat viſio pacis. iſinuat ſtatū pnīe cū quo habet pax cū deo. Ad propoſitum ergo deſcendentes dicim9 q̄ poſtq̄s offēdim9 deū patrem mortaliter: habemus Jeſum chriſtum aduocatum noſtru3 et precipientē vt maneam9 in Jeruſalem: id eſt in ſtatu penitentie trib9 annis qui ſunt vera cordis contritio integra oris confeſſio ꝑfecta opis ſatiſfactio. Nec ſufficit ad tempus manere in dicta hieruſalem: niſi ſequatur finalis ꝑſeuerātia vſq3 ad mortem incluſiue. Alias inde ante mortē recedēdo per mortale peccatū incurrit quis reatum mortis eterne: atq3 fruſtratur oīno fructu prioris penitentie tāq̄3 violator et infractor pacti prius initi inter deum et ſe.

¶ Quarto probatur idem propoſitum ſimilitudine triplici quam ponit Greg. in moral. libro. vij. ca. xij. Prima eſt de ſegete. de q̄ dicit q̄ longo ſtudio ſeges ſeritur: atq3 ſole et imbre diuturno nutritur q̄ tamen vna et ſubita ſcintila conſumitur. Secunda eſt de edificijs que paulliſper ad alta proficiūt: ſz tamen repētinis caſibus terrā petunt. Tertia eſt de arbore robuſta que per tarda incrementa ſurſum ſe erigit: ſed tamen quicquid diu per alta protulit ſemel et ſimul cadit hec ille. Applicatio ad ꝓpoſitum eſt facilis.

C ¶ Quinto idem propoſitum probatur exemplo. Legitur eīm in libro. de. vij. donis ꝛ ſimiliter ide3 exēplū narratur in ſpeculo exēplorum diſtinc. ix. q̄ fuit quida3 latro qui cum fugaretur ab hoſtibus ſuis ꝛ videret ſe manus euadere nō poſſe: proſtrauit ſe in modum crucis ſuper terram dicens q̄ bn̄ morte3 meruerat eo q̄ deū multipliciter offendiſſet. Flens ergo ꝯfitebatur ſe peccatorem rogans eos qui ipſum inſeq̄bantur vt deum de ipſo vindicarent ſingulatim illi9 mēbra crudeliter ꝺcerpentes. Quod et factum eſt. Quidam autē heremita in vicino ſolitarie ibi morabat qui ibidem multis annis i magna ꝛ dura penitentia vixerat: cui reuelatū eſt q̄ angeli cū laudibus aīa3 dicti latronis in celum deportaſſent. Qui inde īdignat9 dicebat apd̄ ſe Poſtq̄s me etia3 oīb9 mūdi delitijs ꝛ voluptatib9 expoſuero: in fine ſilr penitebo et ſic mihi fiet vt huic latroni. Cum ergo miſer heremita ad ſeculum rediret ſeruiturus diabolo contingit eum ꝑ aquam tranſire. Sed heu cadēs de pōte ſubmergitur ꝛ ſic a demonibus ad infernū trahit Ecce quōd pctm̄ eſt penitētie prioris fruſtratiuum qd̄ deſignatur per pͥmā litera3 huius dictionis peccaui.

D ¶ Scd̄o principalr pctm̄ ē egeſtatis generatiuum quod deſignatur per ſecundā litterā predicte dictionis. Peccaui. Jſtud autē probatur quintuplr: videlicet.

Auctoritate
Ratione
Figura
Similitudine
Exemplo.

¶ Primo quidē auctoritate ſapiē
tis Eccliaſt. ix. dicētis. Qui pecca
uerit in vno multa bona pdet vz
charitatē vt exponit glo. interli.
Nā ad eius pditionē ſequit̄ pdi=
tio oīm bonoꝝ maxime cū dicat
Greg. homel. xxvij. ꝙ nihil habꝫ
viriditatis ram⁹ boni operis ſi nō
manet in radice charitatis. Qui
ergo mortaliter peccat pdit grāz
⁊ charitatē. Itē oīa p̄cedentia me
rita que ſic mortificant̄: ⁊ vlra in
diuina acceptatione non manent
vt dicitur Ezechie. xviij. Inſuper
pdit oēs virtutes ſecundū perfe=
ctā rationē virtutis que illis non
ineſt abſqꝫ gratia ⁊ charitate.

¶ Secūdo pbatur idē ratione ſic
Illud qđ aufert bona gratie vul=
nerat bona nature: et ipedit bona
gl'ie eſt egeſtatis gnātiuum. Sed
ſic eſt de pctō mortali igit̄ inſuper
plerūqꝫ pctm̄ trahit ad extremaz
paupertatē: ſicut pꝫ de gula: pꝑter
quod dicit ſcriptura Prouer. xxj.
ꝙ qui diligit epulas in egeſtate
erit ⁊ qui amat vinum ⁊ pinguia
nō ditabitur. Idem iudiciū eſt de
vitio pdigalitatis. Item de vitio
luxurie cuius ſectatores hn̄t mul
ta ꝯſummere. Prouerb. xxix. Qui
nutrit ſcortū pdet ſubſtantiā. Idē
dic de deditis ludis alearūꝫ char
tarum. Propter ergo p̄dicta qui=
dam plangendo dicebat. Diues
eram dudum ſed tria me fecerūt
nudum. Alea vina venus: tribus
his factus ſum egenus.

¶ Tertio idē intentū probat̄ per
figurā de filio pdigo per quē in=
telligit̄ pctōr. De eo ergo dicitur
Luce. xv. ꝙ poſtꝗ̄ cōſumpſit ſub
ſtātiā ſuā cū meretricib⁹ viuēdo
luxurioſe: mox cepit egere. Sic
in figuram huius xp̄i loquēs mu
lieri ſamaritane Ioā. iiij. ait. Qui
biberit ex aq̄ hac. ſ. ex delitijs pec
catorum ſitiet iterum. Et hui⁹ ra
tio eſt qꝛ huiuſmodi delitie magꝭ
ſitim pꝛuocant ꝗ̄ extingant.

¶ Quarto idez probatur ſilitudi
ne de ludo ſcacorum in quo ſepe
contingit ꝙ poſtꝗ̄ quis in eo mul
tum vacauit ⁊ lucratus eſt tandez
iſperate ad vnicū ictū taxilli totū p
dit qđ prius lucrat⁹ fuerat ſic vno
opere malefacto vel neglecto to=
tius vite nr̄e fruct⁹ perdit̄. Da et
exemplum de famulo regis ma=
chinante pditionem in ipſum re=
gem. Talis enim iuſte meret̄ pri
uari officio ⁊ omnib⁹ bonis etiam
⁊ vita. Qđ ſi ex magna mīa rex
donet ſibi vitā nihilomin⁹ cōiter
priuat eum bonis ante proditionē
ſibi promiſſis. Ita et in propoſito
de peccante mortalr̄. Nā etſi cui=
liber tali non ſemp infligat de⁹ ci
to mortē corporalem aufert tn̄ ab
eo gratiā virtutes et merita. In
ſuper eum priuat celeſti gloria
quā illi repromiſerat cum adhuc
eſſet in ſtatu gratie.

¶ Quinto idē pbatur exemplo.
Refert eī dn̄s Anto. in ſua chro
nica parte prima titu. iiij. §. xxv.
de Dyoniſio maximo tyrāno qui
poſt infinitas opes ad tantaz de=
uenit paupertatē vt pꝑter iopiaꝫ
docuerit paruulos literas apud
corinthū. Nō deſunt multa alia ex
empla idē propoſitū probantia q̄
breuitatis gratia miſſa facio.

E ¶ Tertio principaliter pctm̄
eſt cecitatis inductiuū. Et hoc ſig
nificatur per tertiaz literā pīeſ



dicti verbi peccaui. Hoc aūt pro=
batur quintupliciter videlicꝫ.
Auctoritate
Ratione
Figura
Similitudine
Exemplo

¶ Primo quidem auctoritate. Sa
pien. ij. Excecauit eos malitia illo
rum et neſcierunt ſacramenta dei
id eſt ad modū neſciētiū ſe habue
runt. Si enim bene ſcirent et dili
genter attenderent miſeri pecca=
tores quanta ſit virtus ſacramen
ti pnīe cito currerēt ad cōfeſſionē
Seq̄t̄. Neqꝫ ſperauerunt mercedē
iuſtitie. i. nō bn̄ ꝯſiderauerūt quā
ta ſupplicia reſeruat et preparat
diuina iuſtitia pctōrib⁹ in alio ſe=
culo. Prouerb. xix. Parata ſunt de
riſorib⁹ iudicia ⁊ mallei pcutiētes
ſtultorum corporib⁹. Itē Pſal. Ne
ſcierunt ſuppl. peccatores quanta
ſit dei miſericordia erga penitere
volentes: neqꝫ intellexerunt ꝗ̄ ri
gida ⁊ ſeuera ſit ei⁹ iuſtitia erga
duros et obſtinatos. Et horū duo
rum rō aſſignatur cum ſubdit̄. In
tenebris ambulant Itez Sopho.
j. Ambulabunt vt ceci qꝛ dn̄o pec
cauerunt. Et Apoſt. ad Ephe. iiij.
Ambulant in vanitate ſenſus ſui
in tenebris obſcuratum habentes
intellectum alienati a via dei per
ignorantiam que eſt in illis pro=
pter cecitatem cordis ipſorum.
Qui deſperantes tradiderunt ſe=
metipſos impudicitie ⁊c. Ecce dā
natiſſimus et reprobatiſſimus fi=
nis ad quez tandem deducit ceci
tas peccati.

¶ Secundo probatur idem intē=
tum tali ratione. Contingit huma
num intellectus dupliciter excec=
ri: videlicet poſitiue et priuatiue.
Poſitiue quidem querendo inde
bita media ad finem malū ⁊ per=
uerſum. priuatiue vero non ſiſtē
do in recto iudicio ⁊ dictamine.
Sed quocunqꝫ modo excercet̄ in=
tellectus hoc fit a peruerſa volun
tate tam peccato affectata: igitur
peccatum excecat mentem.
Minor patet nam ꝙ intellectus q̄
rat indebita media ad malū finez
hoc fit per imperium voluntatis
Et ſimiliter ꝙ ipſe intellectus nō
perſiſtat ī recto dictamine: hoc ſi
militer fit vt in pluribus a peruer
ſa voluntate igitur ⁊c.

F ¶ Tertio idem probatur per fi
guram hoc inductiue de ſeptem
peccatis mortalibus.

¶ Primo igitur ꝙ ſuperbia indu
cat cecitatem in aīa. patet per fi=
guram de Saulo qui cadens in
terram nihil videbat. Et huius rō
eſt ſupbia cū ſtimulāte perſeque=
batur chriſtianos Actuum. ix.

¶ Scđo idē pꝫ de auaritia in cui⁹
figurā legit̄ Tho. i. ꝙ ipſe Thobi
as excecat⁹ eſt a ſtercore hirundi
nis. Ubi p ſtercus intelliguntur
tpalia bōa. Sic eni ea reputabat
Apo. Phili. iij. hecigr̄ ſtercora cō
muniter excecant humanā mētez
ſicut pꝫ in auaris ⁊ vſurarijs qui
non vident fatuitatem ſuam.

¶ Tertio idē pꝫ ō luxuria q̄ figu=
rat̄ p cecitatē Sāſonis q̄ p nimiū
amorem ad mulierē dalidā exce=
catus eſt a philiſteis Judicū. xvj.

¶ Quarto idem probatur de inui
dia que figuratur per cecitatem
hely ſacerdotis qui non poterat
videre lucernam dn̄i priuſqꝫ ex=

tinngueretur. j. Reg. ij. Sic inuid⁹ non poteſt videre bona proximi niſi extincta vel diminuta.

¶ Quīto idē pȝ de gula que figuratur per cecum natum. Joan. ix. Nam iſtud vitium adducimus a natiuitate nobiſcum.

¶ Sexto idem patet de ira que figuratur per illum cecum qui xp̄o tranſeunte clamat ſecus viā. nec poterat cōpeſci a turba. Luc. xvj. Sic homo iratus clamat nec poteſt quieſcere.

¶ Septimo idem patȝ de accidia que figuratur per cecitatē yſaac: cuius oculi caligauerant: et videre non poterat pre ſenectute Ge. xxvij. Sic accidioſus velut ſenex et debilis nil operatur boni. Patet ergo euidenter intentum per multiplicem figuram.

S ¶ Quarto patet idem p ſimilitudinem vxoris ſenece: de qua loquens idem Seneca: ep̄la. l. ad lucillum dicit ſic Harbaſtes vxor mea fatua ſubito videre deſijt. Incredibilem rem mi Lucili tibi narro. ſed veram. Neſcit enim ſe eſſe cecam. Pedagogum ſuum rogat vt migret: domū tenebroſā eſſe. hoc autem in illa ridemus multis accidit. Nemo enim ſe auarum intelligit. Nemo cupidū. Sȝ dicim⁹ Non ego ambitioſus ſum: ſed nemo aliter viuere pōt. Nō ego ſum ptuoſus ſȝ ſȝ vrbis ipſa magnas exigit impenſas. Non eſt meum vitium ꝙ iracundus ſum: ſed nōdum conſtitui certum genus vite ſed hoc adoleſcentia facit. Quid nos decipimus. Non eſt extrinſecus noſtrum malum. Intra nos eſt: in viſceribus ipſis ſedet. Et iō difficiliter ad ſanitatem perueniemus qa nos egrotare neſcimus. Hec ille. Aliam etiam poſſum⁹ adducere ſimilitudinem videlicȝ de noctua de qua dicit Ambro. in hexameron libr. v. cap. xxiiij. ꝙ huiuſmodi auis non ſentit horrā tenebrarū. Quinnimmo quāto nox fuerit obſcurior: tunc contra viſus aliarum auiū inoffenſos exercet volatus. Exorto aūt die et ſplēdore ſolis circunfuſo viſus ei⁹ hebetatur: ac ſi quibuſdam erret in tenebris. Quo iudicio ſui declarat eſſe aliquos q̄ cū oculos mētis ⁊ intellectus habeāt ad videndū: nihilominus non poſſunt videre ſpūalia ⁊ diuina. Tales ſunt ſapientes mundi qui in tenebris ambulāt. ⁊ qui ſapientes ſunt vt faciant mala benefacere autem neſciunt.

h ¶ Quinto probatur idem intētum exēpla ſacre ſcripture. Legitꝛ enī Geñ. xix. ꝙ cum duo angeli veniſſent Sodomā ⁊ diuertiſſent in domū Loth viri ciuitatis qui neq̄ſſimi erāt oēs vallauerūt domū eius vt ambuterent angelis illis ī forma elegantum iuuenum exiſtētib⁹. Cūq̄ vim facerēt loht vehementiſſime ita vt quaſi iam infringerēt fores domus illius dicti angeli perceſſerunt peſſimos ſodomitas ibi aſſiſtentes cecitate a minimo vſq̄ ad maximū ita vt oſtiū inuenire nō poſſent. Ex qua hiſtoria manifeſte patet quō pctm̄ excecat hoīem etiam qñq̄ corporaliter. Uñ et in legenda bti Clementis legitꝛ ꝙ cū ſiſcini⁹ videret vxorē ſuā Theodorā noīe ad predicationem bti Clementis ad fidem conuerſam ⁊ eccleſiam ſepe frequenter ingreſſus eſt eccleſiā vt ipſam inde extraheret. Qd̄ cū facere vellet ſubito orāte ipſo btō Clemēte ita cec⁹ factus ē ꝙ dixit pueris ſuis vt eū foras eijcerent. Sȝ illi occulto dei iudicio girantes p totā eccleſiaȝ ianuā ei⁹ inuenire nō poterant. Ecce quomodo patet intentum.

I ¶ Quarto p̄ncipalr̄ pctm̄ eſt charitatis diſſipatiuū. Hoc autē deſignatꝛ p q̄rtā lr̄am huius v̄bi peccatū q̄ eſt. c. Qȝ v̄o ita ſit pbatꝛ q̄ntupliciter. vcȝ.

Auctoritate.

Ratione.

Figura.

Similitudine.

Exemplo.

¶ Prio q̄dē auctoritate. Hiere. Thren. j. dicētis. Manū ſuā miſit hoſtis. i. diabol⁹ vl̄ pctm̄ qd̄ ſignificatꝛ aīe: ad oīa ꝺſiderabilia ei⁹ i. ad auferēdū bona grē ⁊ v̄tutis ab aīa. Uł ſcd̄ȝ glo. interli. deſiderabilia aīe ꝓ q̄bꝫ ſūt fideles ſpes charitasq̄ nititꝛ a nob̄ȝ auferrꝛ hoſtis ille āntiqu⁹ ad pctm̄ nos ptrahēs. Nā vt dr̄ Greg. homi. xxix. Nō curat hoſtis antiquus vt terrena tollat ſȝ vt charitatē ī nobis feriat. Et hui⁹ rationē aſſignat Aug. de v̄bis dn̄i. Sermo. v. ita dicēs. Adde charitatē: ꝓſūt oīa. Detrahe charitatē nihil ꝓſūt cetera dicēte ap̄lo. j. Cori. xiij. Si diſtribuero oīa mea pauperibus ⁊ tradidero corpus meū: ita vt ardeam nichil mihi ꝓdeſt.

¶ Secundo idem ꝓbatur tali ratione. Contraria non poſſunt ſimul ⁊ ſemel ineſſe eidē ſubiecto quinimo adueniente vno deſtruitur ⁊ diſſipatur reliquū. Sed peccatum quodāmodo ꝯtrariatur ⁊ opponitꝛ charitati ita vt dicat apo. ij. Cor. vj. ꝙ nō ē ꝯuētio xp̄i ad belial neq̄ lucis ad tenebras. Ergo pctm̄ ē charitatis diſſipatiuū. O q̄ntū igitꝛ debem⁹ vitare pctm̄ in nobis per qd̄ diſſipatꝛ charitas ī cordib⁹ nr̄is que ē forma ⁊ flos oīm virtutum filia dei p̄clara ⁊ p quā efficimur filij dei et fratres ſanctorum angelorum.

¶ Tertio idē ꝓbatꝛ per figuram. Legitur enim. j. Macha. j. ꝙ impiiſſimus ⁊ crudeliſſimus tyrannus antiochus aſcendit in hieruſalē ī multitudine graui militū ac curuū ⁊ intrauit in ſāctificationē cū ſupbia. i. in tēplū ⁊ accepit altare aureū ⁊ candelabrū luminis et vniuerſa vaſa tēpli ſimiltꝛ mēſā ꝓpoſitiōis ⁊ libaria phialas mortariola aurea velū ⁊ coronas aureas ornamentū aureum quod in facie templi erat: ⁊ cōminauit oīa ⁊ accepit argentum ⁊ aurum ⁊ vaſa concupiſcibilia ⁊ ſublatis oībus abijt in terrā ſuam. Moraliter antiochus qui interpretatꝛ ſilens paupertatē recte deſignat diabolū qui pauper eſt ⁊ nudus quo ad bona gratie ⁊ glorie hieruſalē aūt aīam rationalē īſinuat Uaſa vero templi virtutes bona ⁊ merita deſignant q̄ oīa diſſipātur ⁊ deſtruuntur cum antioch⁹ id eſt diabolus ingreditꝛ templū conſciētie p culpam. Ualde ḡ fatu⁹ eſt et miſer q̄ illi prebet ingreſſum p ꝯſenſū in culpam. De hoc etiā alia habetꝛ figura Judic. vj. vbi dicitur ꝙ p ſeptē annos veniebant Madiā in terram iſrael

poſtquã peccauerãt filii iſrael cõ
tra dñz ꝛ cũcta vaſtabãt nihil oĩ
no ad vitã ꝑtinẽs relinquentes.
Sic demones peccatoribus ma
nifeſtantibus ꝛ ſibi ſeruientib⁹
in ſeptẽ pctis mortalib⁹ faciunt.
Nã aĩam ſpoliãt virtutib⁹ nihil in
ea relinquẽtes qḋ ad vitã grẽ vl
glorie pertineat.

¶ Quarto probaẽ idẽ qḋ prius p
ſimilitudinẽ. Uidem⁹ eni ꝙ porcus
intrãs hortũ ſpecioſum ꝛ mox euer
tit margaritas illius ꝛ quicqd in eo
ſpecioſum inuenit cũ nõ ſit illi cu
re de talibus ſꝫ potius de vilib⁹
radicibus q̃s terrẽ ſubmouendo
q̃rit. Ita i ꝓpoſito de demõe qui
ꝙprimũ fuerit ortũ ꝯſcientie per
culpã ingreſſus tũc ꝑ pctm̃ tan
q̃ per aptũ inſtrumentũ diſſipat
deſtruit et totaliter euertit q̃cqd
boni ibi inuenit. Propter qḋ ſal
uator nr̃ Mat. vii. ſalubriter nos
admonet. di. Nolite mittere mar
garitas veſtras ãte porcos. i. no
lite ꝯſentire in malum: aut ne dia
bolus vobis conſentientibus au
ferat a vobis margaritas gratia
rum ꝛ virtutũ ſequitur. Ne for
te conculcent eas pedibus. Ecce
quõ pctm̃ eſt charitatis diſſipati
uum ꝛ ex conſequenti oĩm virtutum ꝛ meritorum.

R ¶ Quinto probatur idẽ ꝓpo
ſitum tali exemplo. Legitur enĩ
in magna legenda beate Kateri
ne ſeneñſis ordinis ſororũ de pe
nitẽtia beati dñici ꝙ ipſa habuit
grãz a domino cognoſcẽdi iterdũ
occulta cordium et conſcientias
nonnullorum hoim. Unde gau
dioſum illi erat loqui cum illis q̃
puras gerebant conſciẽtias. Pe
noſum vero loq̃ illis q̃ pctõ mor
tali ſubiacebant. Uñ cũ ſemel col
loquium habuiſſet cũ q̃dã viro
elegãtis figure graui tñ pctõ
ꝯſuis occulto. poſtmodum dixit
cuidam ſe nũq̃ ſenſiſſe tantũ feto
rẽ q̃tũ tunc ſẽſerat. Et per oppo
ſitũ qñq̃ ſentiebat mirabilẽ odo
rẽ ꝓdeuntẽ ex mentibus iuſtoꝝ.
Patꝫ ḡ ꝙ pctm̃ mortale eſt chari
tatis deſtructiuum.

L ¶ Quĩto pricipaliter peccatũ
mortale eſt amaritudinis cauſa
tiuum. Et hoc deſignatur ꝑ q̃ntã
litteram ꝓdicti verbi. Peccaui q̃
eſt. A. Iſtḋ aũt ꝓbaẽ q̃ncuplicit
ver.

Auctoritate.
Ratione.
Figura.
Similitudine.
Exemplo.

¶ Primo quidẽ auctoritate Hie
re. ii. dicẽtis. Scito ꝛ vide qꝛ ma
lũ ꝛ amarũ ẽ dereliquiſſe te dñm
deum tuum ꝛ nõ eſſe timorẽ mei
apud te dt dñs de⁹ exercituum.
Eſt ḡ malũ derelĩq̃re dñz. i. a cul
tu eius recedere ꝛ hoc ꝓpter cul
pam. Amarum vero propter pe
nam. Nam vt dt Ambr. libr. de
Noe ꝛ Arca capi. i. Nihil eſt qḋ
maioris doloris ſit q̃ culpe rea
tus. Propterea Auguſt. lib. i. con
feſſio ait. Iuſſiſti dñe ꝛ ita eſt vt
pena ſit ſibi oĩs inordinat⁹ anim⁹.
Itẽ philoſophus dt ꝙ oĩs mal⁹
impletur plenitudine ꝛ hoc ꝓpẽ
remorſum conſcientie. De quo
Eſa. lvii. Cor impii quaſi mare ꝙ
quieſcere non poteſt.

¶ Scḋo idem ꝓbaẽ tali rõne. In
peccãdo mortaliter volũtas agit



contra dictamen recte ratiõis et
ꝯ ſinderesim remurmurantem.
Ergo eſt ibi quedã pugna ſiue ꝯ
dictio et ꝓpñs cordis amaritudo
De qua etiam loquens Ambro.
aiebat. O q̃ magna ẽ amaritudo
pctõꝝ meoꝝ ꝓ qua tollenda fuit
neceſſaria amaritudo paſſionis ꝛ
mortis Chriſti.

¶ Tertio ꝓbaẽ idẽ ꝑ figurã. Le
giẽ ei. ii. Reg. xiii. ꝙ amõ oderat
Thamar ſororẽ ſuã poſtq̃ſ. ſ. eam
cognouit carnalit. ita vt mai⁹ eſ
ſet odiũ q̃ amor q̃ eã p⁹ dilexerat
Sic ẽt eſt de pctõ mortali poſt ꝙ
ſequiẽ maior dolor etiam infini
ties ꝛ hoc ſaltẽ in iferno q̃ fuit
delectatio tũc habita cũ ꝑpetra
retur Momẽtaneũ eni ẽ oẽ qḋ in
ꝓſenti vane delectat ſꝫ eternũ ꝙ
cruciat. Propterea vnũquẽq̃ no
ſtrũ admonet ſcriptura. Prouer
bioꝝ. v. dicẽs. Ne intenderis fal
lacie mulieris id eſt delectatiõis
peccati: que arridet ꝛ fallit atq̃
blãditur ad modum meretricis
Fau⁹ eni diſtillãs labia meretri
cis ꝛ nitidius oleo guttur eius.
Ecce fallax et blanda delectatio
peccati Sed quid poſtmoduz ſe
quatur audiamus. Certe inquit
Salomon nouiſſima illius ama
ra quaſi abſynthium quod ſup
ple ab aliquo ſumptum ſtatim in
viſceribus amareſcit et acuta q̃
ſi gladius biceps. Quia pro mo
mentanea et quidem turpi dele
ctatione: nouiſſime: ſcilicet poſt
generalem omnium reſurrectio
nem punietur peccator in corpo
re ꝛ anima eternaliter. Ecce gla
dius biſeps qui valde timendus
eſt et cauendus.

¶ Quarto ꝓbatur idem ꝑ ſimilitu
dinẽ de felle cui⁹ amaritudo tũc
bene ſentitur cũ venit ad guttur
ꝛ fauces ſic ꝛ amaritudo peccati
tũc ꝑfecte ſentitur cũ miſera aĩa
ad iferna deſcẽdit. In pñti aũt nõ
ſemꝑ ſẽtitur hmõi amaritudo ſꝫ
tm̃ pctm̃ ꝛ pcti delectatio. Et iḋ
in hoc peccatores ſũt ſimiles piſ
cibus maris q̃ propter aſſuetudi
nẽ nutrimẽti ex aqua maris ama
ra ſeu ſalſa extimãt illã aquã dul
cẽ. Item in hoc ſũt ſimiles mulie
ri pregnanti cui amara ſapiunt.
ꝛ ſuauia faſtidiũt. Sic pctõres po
nũt ꝛ dicũt amarũ dulce. i. pctm̃
ſuaue et dulce amarum id eſt o
pus de genere bonorum durum
aſperum et importabile. Et ideo
merito maledicuntur a domino
Eſa. v. Legitur enim ꝙ cũ q̃dã fa
tuus audiret multum cõmenda
re falconem domini ſui de bonita
te: occidit eum et comedit. Et
cum plangeretur a domino ſuo et
a ſeruis illius atq̃ a cunctis com
mendaretur de bonitate neſcirẽt
q̃ quid factum eſſet de eo dixit fa
tuus. Falſum eſt ꝙ eſſet tam bo
nas vt dicitis. Ego enim audiens
eum tantũ ꝯmẽdare de bonitate
ipſum occidi coxi ꝛ comedi ſed ꝑ
deũ nunq̃ comedi duriores car
nes neq̃ amariorẽ eſcam. Si ho
mines fatui credentes inuenire
multam dulcedinem in peccato
i fine inueniunt multam et in ex
cogitabilem amaritudinem.

M ¶ Quinto ꝓbatur idẽ inten
tum tali exemplo. Legitur enim
de quadam virgine ꝙ cuz diu ca
ſte vixiſſet tandem inſtigata fuit
a diabolo de pctõ luxurie: et hoc

ad experiẽdam illius delectatio
nem quā maximā eſſe credebat
parte etiam ex altera erat qdam
honeſt⁹ iuuenis filie caſte viuēs
⁊ vgo. hic ꝗ cũ nimis familiarit
conuerſaret cũ dicta puella tādē
tētat⁹ fuit de illecebra ⁊ hoc ad
experiēdū illi⁹ delectationē. De
mū victi a diabolo ꝯmixti ſūt ſi=
mul. Qua delectatione ex vna ad
tātā amaritudinē deuenit dicta
filia ꝯſiderās ꝙ decorē ſue virgi
nitatis ⁊ integritatē ſui corporis
amiſiſſet ꝓpter tā vilē ⁊ turpē at
ꝗ momētaneā delectationē ꝙ ſꝗ
nimia amaritudine ⁊ dolore mor
tua ē. Pꝫ ꝗ qualiter peccatū ama
ritudinem in…cit etiam plerun
ꝗ in preſenti et precipue pecca=
tum carnis. Quo ab aliud autē
ſeculum certiſſimum eſt ꝙ niſi ip
ſum peccatum fuerit remiſſū in
preſenti ineuitabiliter perducet
actorem ſuum ad eternam ama
ritudinem ita quā nc a preſeruet
piiſſimus dominus.

N ¶ Sexto principalr peccatū
eſt vie celeſtis aberratiuum. Et
iſtud notatur per ſextam litterā
ſepe dicti verbi peccaui que eſt
V. hoc autem probatur quintu=
pliciter: vꝫ.
Auctoritate.
Ratione.
Figura.
Similitudine.
Exemplo.

¶ Primo quidē auctoritate pſ.
dicentis. Errauerūt. ſup. pctōres
in ſolitudine: i. inaquoſo. i. in mū
do iſto ꝗ eſt quaſi locus ſolitari⁹
reſpectu celi vbi eſt imēſa ⁊ locū
diſſima ſocietas. Et ad idem per
timet quod dr̄ in inaquoſo. Recte
enī mundus iſte inaquoſus dicit
qꝛ in eo deſunt plerūꝗ aque, do=
ctrie ſalutaris ⁊ grē diuinalis. pſ.
Aīa mea ſicut terra ſine aq̄ tibi.
Qꝛ ꝗ miſeri pctōres ſic errāt in
pñti ſcl'o iō tādē viā ciuitatis ha
bitaculi ſup. celeſtis nō inuenerūt
i. nō inueniūt. Nā via q̄ ducit ad di
ctā ciuitatē ſiue habitaculū cele
ſte eſt via mandatorum dei ⁊ pe=
nitētie. Et de vtraꝗ via pōt itelli
gi illud xp̄i vbū Mat. vij. Arcta
⁊ anguſta ē via q̄ ducit ad viā et
pauci ambulāt ꝑ eā. Et hoc ē qꝺ
hic loqt̄ pſ. de pctōribus dicens
Viā ciuitatis habitaculi nō inue
nerūt. i. inuenire neglexerūt ſeu
nō curauerunt. Olim ei ꝯq̄rebat
dñs de filijs iſrael dicēs ꝑ os. pſ.
Quadraginta ānis offēſ⁹ fui gene
ratiōi huic ſiue murmurando ꝯ
dñm in deſerto ꝓ aque penuria
⁊ ſitī de eſca delicatiſſima. ſ. māna
ſiue idolatrādo ſiue in moyſen et
Aaron irreuerenter inſurgēdo
⁊ hmōi. Sꝫ ꝑfecto qꝺ ſequitur
ad gn̄ationē maloꝝ xp̄ianoꝝ me
rito ptinere pōt de qb⁹ loq̄tur do
minus dicens. Et dixi ſēper hi er
rant corde. i. ex certa malitia et
obſtinato aīo. Notāter aūt dicit
ſemꝑ hi errāt corde poti⁹ q̄ ope
qꝛ error opis finē in eis ſed er=
ror voluntatis in eis finem non
habuit. Mali enim peccare deſi=
nunt in morte non qꝛ ampli⁹ pec
care non velint: ſed quia ampli=
us peccar̄ nō valēt. Seq̄tur ⁊ iſti
non cognouerūt. i. ſcire noluerūt
vias meas qbus ſup. itur ad cele
ſtem patriam Iſti aūt ſūt de nu
mero illoꝝ q̄ dixerūt dño deo illō



Job. xxi. Recede a nobis ſcienti
am viaꝝ tuaꝝ nolum⁹. Sꝫ forſā
dicēt mali xp̄iani. Falſum loq̄ris
Vtiꝗ et nouim⁹ vias dñi ⁊ mādā
ta q̄b⁹ dñe obſeruatis iſtari celū
Sꝫ in promptu pꝫ talib⁹ rn̄ſio ꝙ
vtiꝗ cognouerūt vias dñi ſpecu
latiue ſꝫ nō practice. Vñ apo. ad
titū. j. Cōfitēt ſe noſſe deū factis
aūt negāt. Audiāt ꝗ tales xp̄iani
noīe tm̄ ⁊ nō re q̄d illis ꝯminat̄ do
min⁹. d. Quib⁹ iuraui in ira mea
i. min at⁹ ſū ⁊ imobiliter ſtatui ſi
introibūt. i. nō itrabūt i requiē meā
ſup. celeſtē ⁊ eternā Littera aūt
hyeronymi. hꝫ. Et iuraui in furo
re meo vt nō itroirent in requiē
meā Ecce quō pctm̄ ē vie cele=
ſtis ab erratiuū. Clamet ꝗ quilꝫ
pctōr ad dñm ⁊ dicat illud pſalm̄.
Errani ſicut ouis que periit Et
ideo require ſeruum dñe.

¶ Scd'o idē intētū ꝓbatur tali
ratione ſcdꝫ enī Aug. j. libro de
libero arbitrio oīa peccata hoc
vno genere cōtinēt cum quiſꝗ auer
titur a diuinis vereꝗ manenti=
bus bonis ⁊ ad mutabilia atque
icerta cōuertitur hec ille. Et hoc
eſt ꝙ cōiter dr̄ apud theologos ꝙ
peccatum eſt auerſio ab incōmu
tabili bono ⁊ cōuerſio ad commu
tabile bonū. i. ad creaturam. Ex
ꝓdicta ergo deſcriptione peccati
liquide patet ꝙ ipſum peccatum
eſt vie celeſtis aberratiuum.

¶ Tertio ꝓbatur idem per figu
ram. Legitur enī Numeri xxij.
ꝙ Balaam ſtimulabat aſinā ſu
am errantem vt rediret ad rectā
ſemitā Ad ꝓpoſitū per Balaā q̄
interpretatur ſine populo recte i
telligitur dñs deus qui propter
paucitatē credentiū in eū ⁊ ſibi
debite famulātiū videtur eē q̄ſi
ſine populo hic ergo Balaā fre=
q̄nter pcutit pctōres nūc corpalr
nūc ſpalr vt redeāt ad eū q̄ ē via
iuxta illō Jo. xiiij. Ego ſū via. Pꝫ
ergo ꝙ peccatū facit hominē er=
rare a via vitalis. Qꝺ etiam fi
guratū fuit. Luc. xvi. in illo ceco
de quo ibidē dicitur ꝙ ſedebat
ſecus viam mendicans. Applica
tio eſt facilis ex dictis.

O ¶ Quarto ꝓbat̄ idem tali ſi=
militudine Refert enī auctor li=
bro de donis ꝙ fuerūt duo fres
q̄ꝝ vn⁹ erat fatu⁹ alr̄ aūt ſapiēs.
Qui cū ſiml' incedētes deberēt re=
dire ad prīā ſuā a q̄ elōgati erāt
venerūt ad quoddā biuiū vbi au
dierūt a paſtorib⁹ loci illi⁹ quod
vna illarum viarum directe du=
cebat ad ciuitatem ſuā etiā ſecu
re. hoc tamen malum habebat ꝙ
erat alta arcta et aſpera. Altera
autem erat plana lata ⁊ delecta=
bilis ſed periculoſa et latroni=
bus plena. His ergo auditis cū
ſapiens vellet arripere viam pri
mam tanꝗ ſecuram q̄uis diffici
lem dixit ei frater fatuus. Roga
te ne ſumamus tantum laborem
ſed eamus per iſtam viam ita de
lectabilem q̄uis multi caſus in
ea. Nam ſpero cū dei adiutorio
ꝙ poterimus illos euadere. Cui
ſapiens annuit. Cum igitur ince
derent per dictā viā ſpacioſam ⁊
ſpecioſam ſubito capti ſūt latro
nibus: qui eos ſpoliauerunt et
vulnerauerunt grauiſſime Cūꝗ
fatuus traheretur in foueam oc
cidēdus ⁊ pariter ali⁹ ſcꝫ ſapiēs
captus et ligatus ad mortem du

cerer̄ maledicebat' fratri ſuo fa-
tuo: dicens ꝙ propter ſuam fatui
tatem eo ꝙ capere voluiſſet viā
illam periculoſam ipſe moreret̄.
Cui reſpondebat frater fatuus.
Tu potius maledicaris q̄m tibi
potiꝰ hoc malū iputādū ē q̄ꝫ mihi
maxie cū ſcires me fatuū ꝛ ideo
mihi credere nō debuiſti cuiꝰ tn̄
contrarium feciſti. ¶ Ad propo
ſitum duo iſti fratres ſunt anima
et corpus ſiue affectus vel appeti
tus rōnalis ꝛ ſēſualis. Frater er
go ſapiēs eſt anima cui ratio dic-
tat benefacere. Frater vero fa-
tuus eſt appetitus ſenſualis vel
corpus qui non querit niſi deli-
tias ſuas. Cū autē q̄ puenit ad
vſum rationis occurrit illi biuiū
ſcꝫ via virtutū difficilis q̄ꝫ ſeq̄r q̄
a paſtoribꝰ. i. p̄latꝭ ꝛ p̄dicatoribꝰ
ſibi manifeſte dr̄ ꝙ hec eſt via q̄
ducit ad vitam. Altera autem q̄
occurrit ſcꝫ delectationum mun
di et ſi lata videatur et placida:
tamen tanq̄ꝫ plena periculis ꝛ la
tronibus demonū ad perditio-
nem perducit perpetuam. Quā-
uis ergo anime ſeu ratiōi videat̄
via aſpera magis ſequēda quia
ſecura tamē hic frater allectus a
confratre. i. ab appetitu ſenſuali
cui grauis eſt via virtutum peni
tentie permittit ſe duci per viā
latam vt cōplaceat fatuo fratri p̄
cipue cum multos videat ire per
dictam viā cogitant ꝙ et ſi mlta
pericula illic inuenturus ſit ipſe
illa euadet vel ſi erret ꝙ poterit
ad viam rectam tandem per ve
ram penitentiā reduci. Quo fit
vt ſimul pergēdo per viam latā
et ſpacioſam que ducit ad per-
ditionem incidant in latrones d
mones qui homines ſpoliant bo
nis ſpiritualibus vulnerant in na
turalibus et tandē occidūt aiam
ꝛ corpus vtrūq̄ꝫ deiici endo in fo
ueam iferni. Et hoc ē q̄d ait. Ja
cobꝰ in ſua canonica. c. i. d. Vnuſ
quiſq̄ꝫ tentat̄ a cōcupiſcētia ſua
abſtractꝰ ꝛ illectꝰ Deiñ ꝯcupiſcē
tia cū ꝯceperit parit pctm̄ Pctm̄ āo
cū ꝯſūmatū fuerit generat mortē
Poſtq̄ꝫ ergo ſic fuerint in infer-
no aīa ꝛ corpus. ſ. poſt diē iudi-
cij ſic cōq̄retur anima de corpore
q̄. ſ. noluit in p̄nti laborare. Ecō
trario autem ꝯqueretur corpus
de anima q̄ vt dn̄a eiꝰ ꝛ ſapiens
neglexit ipſum refrenare atq̄ꝫ ſi
bi ſubiectum facere. Patet ergo
euidenter ꝙ peccatum eſt vie ce
leſtis aberratiuum.

¶ Quinto hoc idem propoſitum
ꝓbatur exemplo primi parentis
qui poſtq̄ꝫ preuaricatus eſt pre-
ceptum dn̄i ſtatim exul factꝰ eſt
paradiſi terreſtris qui erat via
perueniendi ad celeſtem paradi
ſum: atq̄ꝫ proiectus eſt in hāc val
lem miſerie. Patet ergo intentū
P ¶ Vltimo principaliter pec-
catum eſt indignationis diuine
prouocatiuum. Hoc autē decla-
ratur per vltimam lr̄am ſepe di
cti verbi. Peccauit que eſt. J.
Jſtud autem probatur quintu-
pliciter: vcꝫ.
Auctoritate.
Ratione.
Figura.
Similitudine.
Exemplo.
¶ Primo quidē auctoritate. Eze



chiel. ix. Vbi ꝓpheta Ezechi. loq̄
tur dicēs. Dixit dn̄s ad me. Iniq̄
tas domꝰ iſrael ꝛ Juda magna ē
nimis valde ꝛ repleta eſt terra ſā
guinibus. i. peccatis ꝛ ciuitas re
pleta eſt auerſione. Jdcirco non
parcet oculus meꝰ neq̄ꝫ miſere-
bor. Viā eorū ſup caput eorū red
dam. Itē Deut. xxviij. ante oſtē-
ditur q̄ꝫ mirabiliter pctm̄ ſit diui
ne indignatiōis ꝓuocatiuū. Jbi
enim multipliciter minatur dn̄s
tranſgreſſoribꝰ ſuorū mandatorū
vtpote dicēdo. Si nolueris audi
re vocē dn̄i dei tui: vt cuſtodias
et facias oīa mandata eiꝰ veniēt
ſuper te oēs maledictiones. Jſte
maledictus erit in ciuitate ma-
ledictus in agro. Maledictū hor
reū tuum: et maledicte reliquie
tue. Maledictꝰ fructꝰ vētris tui.
et fructꝰ terre tue. Adiunget ti-
bi deus peſtilentiā donec conſu-
mat te de terra. Percutiet te dn̄s
egeſtate: febri ꝛ frigore: ardore: ꝛ
eſtu: et aere corrupto donec pere
as. Sit celū q̄d ſupra te eſt eneū
et terra quā calcas ferrea. Tra-
dat te dn̄s corruentē ante hoſtes
tuos. Domū edifices. ꝛ non ha-
bites in ea: plantas vineā ꝛ non
vindemies eam. Multe deniq̄ꝫ
alie maledictiones ibidem habē
tur: quas ꝯminat̄ dn̄s tranſgreſſo
ribus mandatoꝝ ſuorū. Ex qui-
bus oībus ptꝫ ꝙ pctm̄ eſt diuine
indignationis prouocatiuum.
¶ Secundo probatur idem tali
ratione: deus eſt iuſtus: ergo illi
diſplicet om̄e peccatū: ergo pec-
catorum multiplicatio eſt prouo
catiua indignationis diuine iuſti
cie. In cuius rei ſignum legitur
Geñ. vi. ꝙ deꝰ vidēs multitudinē
pctōrū q̄ fiebant ſup terrā dixit
penitet me feciſſe hoīem. ideo de
penitētia diſtinctione tertia ſunt
plures: dicitur ꝙ deus inimicus
eſt omni crimīnoſo. igitur.
¶ Tertio idē ꝓbat̄ p̄ figurā. Le
gitur eñ Matth. xxi. et ſīr. Jo.
ij. ꝙ cum chriſtus introiiſſet tem
plum: ꝛ ibidem inueniſſet vendē
tes ꝛ emētes oues ꝛ boues: ꝛ co-
lumbas atq̄ꝫ nummularios ſedē
tes: facto quaſi flagello de funi-
culis om̄s eiecit de templo. Ad
propoſitū: oīa predicta que qua-
ſi cū ira ꝛ furore eiecit chriſtꝰ de
templo. deſignant pctā intra tē-
plū conſcie habitātia: q̄ valde ꝓ
uocāt dei irā aduerſus hoīem.
Q ¶ Quarto ꝓbatur idē inten
tum p̄ ſīitudinē. Dicūt eī natu
rales ꝙ inter apes ſolus rex ca-
ret aculeo ad pungendū. Nihilo
minꝰ cum ab aliquo infeſtatur ꝛ
ad vindictam ꝓuocatur tunc ce-
tere apes inſurgūt aduerſꝰ ꝓuo
cantem et vindictam faciūt cum
ſuis aculeis de eodem. Sic in ꝓ
poſito deus nr̄ totus benignus ē
ꝛ miſericors. Nihilominꝰ hoībꝰ
peccantibus ꝓuocat ad indigna
tionē ꝛ vindictam q̄ꝫ cōiter exer
cet medio creaturarū ſuarum di
cēte ſcriptura Sap. v. Armabit
creaturā ad vltionē inimicorum
ſuorū Vñ refert Vicētius belua
ceñ. in ſpeculo hiſtoriali ꝙ circa
annos dn̄i mille ducētos in gallia
volitabant p̄ aera quedā muſce
groſſe deuaſtantes vniuerſa ter
re naſcentia. Propter ꝙ ſubſecu-
ta ē ſterilitas magna per vniuer
ſam galliā. Cūq̄ꝫ nōnulli manibꝰ

contrectaſſent nõnullas muſcarũ
dictarũ inuenerunt in ala earum
dextra ſcriptũ ira i ſiniſtra xp̄o di
Et q̄re mirabili liq̄bat apte q̄m
ad vlciſcēdā irā dei miſſũ fuerat
p̄dictum muſcarũ genus p̄pter
pctā pp̄li galicani q̄ p̄hdolor i p
ſperis nimiũ p̄cliui⁹ eſt ad pctā.
Huic q̄ſi ſile r̄fert dñs Anto. flo
rētin⁹. in. ij. p̄te chronice ſue. ti. x.
c. xiiij. de attila rege hũnoꝝ q̄ pa
gan⁹ erat. Hic ḡ tyrānus p̄ceps
intrans gallias ⁊ cũcta deuaſtās
trecas venit. Ubi tũc põtificij fũ
gebatur officio btũs Lup⁹. Qui
pontificali habitu inſignit⁹ cum
ſuo clero obuio venit dicto attile
interrogās eũ ⁊ dicēs. Tu q̄s es
q̄ terrā diſſipas. Ad quā ille. Ego
ſũ attila flagellũ dei. Ecce ḡ q̄mõ
deus dominus armat creaturas
ſuas in vltionem inimicoꝝ ſuo
rum peccatorum indignationem
ſuam aduerſus ſemetipſos ſuis
exigentibus delictis p̄uocantiũ
K ¶ Quinto probatur id quod
prius tali exemplo. Legitur eniꝫ
in ſpeculo exemplorum ꝙ fuit q̄-
daꝫ grauis pctõr qui ad extrema
perueniens nõ potuit a quocũqꝫ
mortalium ad penitentiā induci
Cui ex immenſa ⁊ ſup abundan
ti mia xp̄s apparuit cum expreſ-
ſiõe vulnerum corporis ſui vt ſic
eum facili⁹ ad penitentiam ⁊ in
dulgentiam petendam prouoca-
ret. Ille autem obſtinato ⁊ perti
naci animo tot ⁊ tāta xp̄i benefi
cia ſpreuit. Quod perpendens
piiſſimus Jeſus et ex tali ingra-
titudine ad indignationem p̄uo
catus manum appoſuit p̄prio la
teri et ex inde extractum ſangui
nem precioſum ipſum in faciem
moriētis proiecit dicens. Sit iſte
ſanguis in teſtimoniũ tue iuſtiſſi
me damnationis eo q̄ ſic obſtina-
to aĩo me ad indignationem pro
uocaueris. Quo dicto viſio diſpa
ruit. Ex tunc autem a circunſtan
tibus non potuit dictus ſanguis
a facie morientis abſtergi quouſ-
qꝫ infelicem aĩam iter man⁹ mil
le demonum reddidit. Patet er
go manifeſte quomõ peccatũ eſt
indignationis diuine prouocati-
uum. Summarie etiam patent
ſeptem mala que operat̄ i nobis
mortale peccatum: q̄ deſignāter
per ſeptem litteras huius verbi
peccaui. Et ſic patet de primo ca
pitulo huius ſecundi tractatus.

¶ Capitulum ſcdm̄ de pecca-
tis de quibus in generali
confitendum eſt.

Confiteor tibi dñe pr̄
celi ⁊ terre. q̄r pecca
ui nimis. Mat. xi.
¶ Poſtq̄ꝫ in p̄ceden-
ti capi. oſtenſum eſt
q̄ mala operat̄ pctm̄ mortale i ho
mine p̄pt̄ qđ merito de eo ꝯfitē-
dũ ē ⁊ penitēdũ ꝯſeq̄nt̄ in hoc ſe
cũdo capitulo tractādũ ē. đ pctis
de q̄b⁹ in gn̄ali ꝯfitēdũ ē. Hec aũt
ſummarie ſunt quattuor tria qui
dem commiſſionis quartũ vero
omiſſionis. Nam omnia pecca-
ta muñdi comprehenduntur ſub
altero preditorum quattuor ſe-
cũdum ꝙ figuratiue dicitur Da
niel. vij. ꝙ quattuor venti pugna
bant in mari. Et ſtatim poſt ſub
ditur ꝙ erant quattuor capita in
beſtia. i. in diabolo ten tante de q̄
tuor predictis. Uel in beſtia. i. in



homine beſtialiter viuente. Ad
idem etiam propoſitum facit illđ
zacha. i. Uidi et ecce quattuor cor
nua. Item ibidem. Oſtendit mihi
dñs quattuor fabros. Et q̄ aliquod
iſtorũ faciunt: ſibiipſis inimicant̄
iuxta illud Tho. xij. Qui faciunt
pctm̄ et iniquitatē hoſtes ſunt aĩe
ſue. Peccata aũt cõmiſſionis: aut
ſunt pctā cordis aut oris aut ope-
ris ſecundum ꝙ habetur de peni.
diſt. i. quem penitet. Et iſte eſt fu-
niculus triplex qui de difficili rũ
pitur. Eccles. iiij. Quo quidem fu
niculo conſtringuntur ⁊ alligant̄
miſeri pctõres dicente ſcriptura.
Prouerb. v. Funibus peccatorum
ſuorũ q̄ſqꝫ conſtringet̄. Et in pſal.
Funes pctõꝝ circumplexi ſũt me
De his ergo tribus generib⁹ pec
catorum commiſſionis primo diffe
rendum eſt. Poſtremo autem de
peccato omiſſionis. Et iterum in-
ter predicta peccata commiſſiõis
in primis loquendum eſt de pec-
cato cordis de quo in primo loco
ſe accuſat veruis penitēs clamās
ad dominũ ex dicēs. Cõfiteor deo
⁊ btē marie ⁊c. vſqꝫ ibi. Quia pec
caui nimis.

¶ Cap. iij. de pctõ cogitationis.

Confiteor tibi dñe pa
ter celi et terre: quia
peccaui nimis cogi-
tatione. Matthei. xi.
¶ Primuꝫ igitur pec
catum commiſſionis de quo confi
tenduꝫ eſt. dicitur pctm̄ cogitatio
nis. Ad cuius euidentiam premit
tendum ꝙ cogitationes humane
ſunt in triplici differentia: vtpote
Quedam virtuales.
Quedam veniales.
Quedam mortales.
A ¶ Primo igit̄ inter humanas
cogitationes quedam ſunt virtuo
ſe et laudabiles vt ſunt ille q̄ ver
ſantur circa bonum: ⁊ que tendũt
ad debitum finem. Et de talibus
bonis cogitationibus tria breui-
ter tangam.
C ¶ Primum eſt quod principa-
liter ſunt a deo quia vt dicit apo.
ij. Corin. iij. Non ſumus ſufficien-
tes cogitare aliquid a nobis inter
li. a quid boni q̄ſi ex nobis id eſt
qđ fit ex parte noſtra: vt dicit ea-
dem gloſ. Sed ſufficientia noſtra
ex deo eſt. Ex quo patꝫ ꝙ ad bñ co
gitandum non ſufficit liberum ar
bitrium niſi aſſit diuina motio: q̄
communiter vocatur a theologis
ſpeciale dei auxilium. Et breuiter
vt dicitur Jaco. i. Omne datuꝫ op
timum et omne donum perfectuꝫ:
de ſurſum eſt deſcendens a parte
luminum quaſi ſupple radius ſo-
lis a ſole.
¶ Secundum eſt ꝙ ſunt prima ſe
minaria virtutum eſt bonorũ ope
rum. Nam ſicut in arbore germē
precedit florem et flos fructũ: ita
et in anima primo procedit cogi-
tatio bona. Deinde ſequitur flos
bone volitionis et tertio fructus
ſancte operationis dummodo hõ
non preſtet impedimētuꝫ. Et hoc
eſt quod ait Auguſtinus homelia
xvj. Non põt inquit fieri vt habe
at mala facta qui hꝫ cogitatiões
bonas. Facta enim de cogitatiõe
procedũt. Nec quiſq̄ꝫ poteſt aliq̄đ
facere aut ad aliquid faciendum
membra mouere niſi primo pro-
ceſſerit iuſſio cogitationis. Et ad
hoc perſuadendum dat tale ex-

emplum dicens. Quomodo inde
de interiori palatio quicquid iuſ=
ferit imperator per romanum im
perium emanat: ⁊ quicquid vide
tis agi per prouincias in quas oſ̄di
tur cōctus motus ſit ad vnam iuſſio
nem imperatoris intus ſedentis.
Nam ille ſolum mouet labia cum
loquitur et mouetur omnis prouin
cia cū fit qḋ loquitur. Sic ⁊ ī vno
quoqꝫ nr̄m intus eſt imperator in
corde qui ſi bonus bona iubet. bo
na fiunt. Si vero malus mala iu=
bet mala fiunt. Cum ergo ibi ſe=
det Chriſtꝰ quid, poteſt iubere ni
ſi bona. Si vero diabolus ipſū poſ
ſidet quid q̃d pōt iubere niſi mala
In tuo autem arbitrio poſuit deꝰ
cui pares locum: deo an diabolo.
Cum parauerís: qui poſſidebit: ip
ſe imperabit. hec ille.

¶ Tertium tangendum de bonis
cogitationibus eſt ꝙ debent ver=
ſari ſemper circa licita iuſta hone
ſta vtilia. Vn̄ deuotus Bernardꝰ
in quodam ſermone qui intitulat
de primordijs medijs ⁊ nouiſſimis
dicit ſic. Cogita vn̄ veneris ⁊ eru
beſce vbi ſis et ingemiſce quo va
dis et cōtremiſce Specialr̄ autē
debent verſari cogitationes nr̄e
circa hec Primo quidem circa cō
miſſa peccata de illis conterendo.
Secundo circa eterna ſupplicia il
la precauendo. Tertio circa puri
tatem conſcientie de peccatis de=
bite confitendo. Et de iſtis tribus
vno tractu loquens ps̄. ait. cogi
taui dies antiquos. i. antiqua pec
cata ī quibus fui inueteratus per
longam continuationem in malo.
Ecce primum ſequitur. et annos
eternos id eſt eterna ſupplicia cor
reſpondentia momentaneis dele=
ctationibus peccatorum commiſ=
ſorum in mente habui: ſupple ad il
la precauendum. Prouerbiorum
xij. Cogitationes iuſtorum iudi=
cia ſupple que facturus eſt deꝰ de
peccatoribus in alio ſeculo Seq̄=
tur et meditatus ſum nocte cum
corde meo ſcilicꝫ diſcrete et ſapiē
ter: ⁊ exercebar. ſupple frequen=
ter ad ſanctam meditationem redi
ens: et ſcopebam ſpiritum meum
Ecce oris confeſſio. Nam ſcopere
ſpiritum ſuum eſt cum ſcopa lin=
gue eijcere immunditias peccato
rum in ſpiritu exiſtentium in ſa=
cramentali confeſſione.

¶ Quarto cogitationes noſtre de
bent verſari circa obſeruantiam
mandatorum dei. Pſal. Cogitaui
vias meas quoniam ſupple male
ſunt: Eſaie trigeſimo octauo. Re=
cogitabo tibi omnes annos meos
in amaritudine anime mee. Et iō
conuerti pedes meos. id eſt affe=
ctus et conatus in teſtimonia tua
et ſcilicet illa a modo obſeruaui.
diſſe videt: vt habetur extra de
iniurijs ꝛ damno dato. c. ſi culpa
Inſup Paul⁹ Rom. j. dt ꝙ digni
ſunt morte nō ſolum qui faciunt
peccata: ſed etiam qui ꝯſentiunt
facientibus. Ille autem qui mu
tuo accipit pecuniam ſub vſuris
cōſentit vſurario i ſuo pcō. Igi
tur. Pro rñſione ponam talem di
ſtinctionē. Ille qui accipit ad vſu
ram aut indiget aut nō indiget.
Si primo: tunc non peccat vllo-
modo: ſed vtitur pcō alteri⁹ ad

vtilitatẽ ⁊ bonũ ſuũ qḋ licitũ eſt
vt dt beatus Tho. ij. ij. q. lxxxiij.
art. iiij. Qḋ ꝓbat per hoc ꝙ de⁹
vtit͛ oibus pctis ad aliqḋ bonũ
Ipſe em̄ ex quolibet malo elicit
aliqḋ bonũ vt dt Aug. in enchi.
c. x. Quãuis ḡ ſcḋm eundẽ bea.
Tho. vbi. ſ. nõ liceat aliquẽ indu
cere ad mutuandũ ſub vſura: lʒ
tñ ab eo q̄ parat⁹ eſt facere ⁊ qui
exercet vſuras mutuo accipere
ꝓpter aliqḋ bonũ vt eſt ſubuen
tio ſue neceſſitatis vel alterius.
Hoc autẽ intelligit nõ tantũ de
neceſſitate abſoluta: verũetiã de
neceſſitate vtilitatis quã qs con
ſequit͛ agendo negocia ſua: vtpo
te mercando: aut artẽ ſuã exercẽ
do. Ex quo ptʒ ꝙ mercator mo-
tus iuſta neceſſitate ⁊ qui nõ ha
bet vnde decenter viuat: niſi ex
mercatiõe ſi petat mutuũ ab vſu
rario quẽ optime nouit alias nõ
preſtaturũ pecuniã niſi cũ vſura
nõ peccat ſi ad eũ recurrat: ma-
xime ſi nõ poſſit aliũ inuenire q̄
gratis ei mutuet. Si ḡ ille q̄ acci
pit ad vſurã non indiget: ſed iḋ
accipit vt diuitias in imenſũ cõ
greget: aut vt ludis ⁊ vanitatib⁹
ſeculi ꝓamplius vacet talis mor
taliter peccat. Ex quo patet ꝙ il-
li mercatores q̄ abſq̄ mercatiõe
habẽt vnde decenter viuant mor
taliter peccãt ſi ad vſurarios re
currãt vt cũ pecunia ab eis re-
cepta ſub vſura ſuꝑflua ꝯgregẽt
ſperãtes magis lucrari ex pecu
nia accepta ſub vſuris q̄ꝫ ſit dam
nũ qḋ patient͛ de vſura ſoluta. et
idem iudiciũ eſt de illis nobili-
bus q̄ videntes aliquẽ feudũ ve
nalẽ ipſum emũt. Et qꝛ non ſemꝑ
habent pecuniã promptã recur-
runt ad banchários a q̄bus reci
piũt mutuũ ſub vſura. Tales et
mortaliter peccãt: maxime cum
poſſint decẽter viuere abſq̄ tali
feodo. Secus tñ eſſet dicendũ ſi
haberent plures filios ⁊ vnicũ feo
dũ: ⁊ ideo volunt ſcḋm emere vt
illis melius ꝓuideãt pro futuro
Uel etiã ſi dict⁹ feodus in manu
aliena ſit talib⁹ nobilib⁹ multũ
nociuus: in manu ꝟo ꝓpria ma-
gnã cõmoditatem illis afferret.
Idẽ etiã dicẽdũ de ruſtico acci-
piente mutuũ ſub vſura vt emat
aliquã poſſeſſionem. Reſolutiue
ḡ tenendũ eſt in hac materia ꝙ
ille ꝙ accipit mutuũ ſub vſura ꝓ
pter neceſſitatẽ abſolutã vel iu-
ſtã: excuſat͛ a pctõ. Non autẽ qui
hoc facit vt ſuꝑflue cõgreget et
addat domũ ad domũ: agrũ ad
agrũ: pratũ ad pratũ: vineã ad vi
neã: feodũ ad feodum. Quinimo
oms talis peccat mortaliter: vt
bene ꝓbant auctoritates ſuperi⁹
allegate. Et ſic patet ad dubium
et per conſequens de tota manu
vſuraria cum ſuis digitis.

¶ Cõm. v. de manu ſymoniaca.

Confiteor tibi domi
ne pater celi ⁊ tre:
qꝛ ſup. peccaui ni-
mis ope. Math. xi.
¶ Poſtq̄ꝫ i pcedẽti.
c. habitũ ẽ ḋ manu vſuraria: hic
ꝯñr agẽdũ eſt de manu ſymonia
ca: de qua põt intelligi illud. iiij.
Reg. xiij. Quicũq̄ volebat iple-
bat manum ſuam: ſupple pecu-
nia et fiebat ſacerdos. Congrue
autem hec manus ſequit͛ ad ma-
nũ vſurariã: eo ꝙ vtraq̄ iniuſtũ
recipit. In hoc tñ differunt: qꝛ ꝙ
recipit man⁹ vſuraria dʒ reſtitue
re illi a q̄ accepit. Nã vſurari⁹ nõ
vere penitet niſi vſuras reſtituat
vt habet͛. xiiij. q. iiij. qḋ dicã. Itẽ:
ea. cã. q. vj. ſi res. Quod vero re
cipit man⁹ ſimoniaca: nec ſibi re
tinere dʒ illi reſtituere a quo ac-
cepit: eo ꝙ habetur. j. q. j. placuit
pecunia ſimoniace data anathe-
ma eſt dãti: ⁊ anathema recipiẽti
A ¶ Habet autẽ hec manus ſy-
moniaca quinq̄ digitos: q̄ ſunt.
Diffinitionis
Commiſſionis
Grauitatis
Ingreſſionis
Punitionis.
B ¶ Primus igit͛ digitus dicte
manus ſymoniace vocat͛ diffini-
tionis. Queritur ḡ quid ſit ſymo
nia. Ad hoc rñdet beat⁹ Tho. ij.
ij. q. c. arti. j. dicẽs ꝙ ſymonia eſt
ſtudioſa volũtas emendi vel vẽ
dẽdi aliqḋ ſpũale vel ſpũali an-
nexum. Quã quidẽ diffinitionẽ
declarans dñs Anto. floren. in ſe
cunda pte ſumme ſue tit. j. ca. v.
§. j. dicit ꝙ cũ dicit͛ ſymonia eſt
ſtudioſa voluntas ibi ponit͛ volũ
tas non pro potẽtia ſed pro actu
ei⁹. Conſtat em̄ ꝙ omne pctm̄ cõ
mittitur per actũ voluntatis: ⁊ in
eo cõpletiue conſiſtit. Item dicit͛
ſtudioſa. i. deliberata. Ex quo pa
tet ꝙ quis ꝑ ſolam voluntatẽ de
liberatã efficitur ſymoniac⁹ quo
ad deum. Talis tñ ſymonia mẽ
talis nõ punitur in foro eccleſie:
que non iudicat de occultis: niſi
procedant ad extra. Reſtat ergo
ꝙ a ſolo deo puniat͛: qui iudicat
eque perfecte ḋ occultis ſicut de
aptis ⁊ manifeſtis. Itẽ nomine
emptionis ⁊ venditionis in pro
poſito intelligitur ois ꝯtract⁹ cir
ca ſpũalia qui non fit gratis. Ex
cipitur tñ cõtractus ꝑmutatiõis
que eſt licita ſeruatis debitis cir
cũſtantijs. Deinde iuxta illud a
liquid ſpirituale notandũ ſcḋm
doctores theologos ꝙ aliqḋ di-
citur ſpũale tripliciter. Primo q̄
dem eſſentialiter ⁊ intrinſece vt
gratia ⁊ virtutes. Secũdo vero
cauſaliter: vt ſacramẽta noue le
gis q̄ cauſant gratiã. Tertio aũt
actualiter/ vt orare: predicare: in
ſtruere ⁊ ſic de alijs actib⁹ ſpũa-
libus. Similiter iuxta illud: vel
ſpũali annexum: notandũ ꝙ aliqḋ
dicit͛ ſpũali annexum dupliciter.
Unomodo ſicut ex ſpũalibus de
pendẽs vt habere eccliaſtica be
neficia. Hoc em̄ dicitur ſpũali an
nexum: eo ꝙ non cõpetit niſi ha
benti beneficium clericale. Alio
modo dicit͛ ſpũali annexũ: qꝛ ad
ſpũalia ordinat͛: ſicut ius patro-
natus: quod ordinat͛ ad preſentã
dum clericos ad bñficia eccliaſti
ca. Hoc modo etiam vaſa ſacra q̄
ordinant͛ ad vſum ſacramentoꝝ
poſſunt dici ſpiritualib⁹ annexa.
Patet ergo explanatio predicte
diffinitionis manus ſymoniace.
C ¶ Secund⁹ digitus manus
ſymoniace dicitur commiſſionis
Committitur enim ſimonia tri-
bus modis ſecundum ꝙ poteſt
alicui offerri triplex mun⁹ ad ob
tinendum eccleſiaſticũ beneficiũ
ſiue quodcunq̄ ſpirituale: vide-
licet munus.
Ab obſequio

A manu
B lingua.

D ¶ Primo igit̃ cõmittitur ſy=
monia ratione muneris ab obſe
quio. Eſt autẽ munus ab obſeq̃o
ſcd̃m Greg. homil. iiij. ſubiectio
indebite ĩpenſa. Sed pro maio=
ri declaratione huiꝰ muneris po
nam talem diſtinctionẽ cõformi
ter ad dñm Anto. floren. in ſum.
ſua parte. ij. titu. j. ca. v. §. v. Aut
enĩ obſequium ĩpenſum eſt cor=
porale et illicitum: aut corporale
de ſe licitum aut ſpirituale. Si
obſequium eſt corporale eſt illi=
citum: vt qꝛ ſeruo epõ vel alicui
alteri prelato in faciendis vſu=
ris. mercãtijs: lenocinijs ꝛ hmõi:
tunc ſeruiens in talibus pro be=
neficio habendo vel quocunq̃
alio ſpirituali ſymoniã cõmittit:
et ſimiliter ille qui propter tale
obſequiũ confert beneficium ec
cleſiaſticũ. Et ſimile iudiciuꝫ eſt
qñ quis hac intentione ſeruit ali
cui prelato ad vtilitatẽ cõſangui
neorũ ſuoruꝫ vel patrimonij ſui:
patet. j. q. iij. Hoc idem etiam di
cit beatꝰ Tho. ij. q. c. ar. v. in ſol.
ad primum. Si autem obſequiũ
ſit de ſe honeſtum vel ad ſpiri=
tualia ordinatum: vtpote quia la
borat pro vtilitate eccleſie eun=
do Romam: vel quia ſeruit pre
lato in officio aduocandi ſeu pro
curandi ꝛ hmõi tunc ſi prelatus
tali conferat aliquod beneficiuꝫ
eccleſiaſticũ non peccat: dummo
do tria concurrant. Primum eſt
idoneitas ex parte ſuſcipientis
beneficium. Secundũ eſt ꝙ non
interuenerit pacto. Tertiuꝫ eſt
ꝙ non habeatur principaliter re
ſpectusꝰ ad obſequium impenſuꝫ:
quia vbi interuenit pactum: et ſi
militer vbi principaliter habe=
tur: reſpectus ad ſeruitium rece
ptum: tunc committitur ſymo=
nia. Non autem vbi habetur re
ſpectus ad idoneitatem. Inſup
vt dicit Gregorius in regiſtro
eccleſiaſticis dignitatibus deſer
uientes eccleſiaſtica dignuꝫ eſt
remuneratione gaudere. Simi=
liter ſi obſequium ſit mere ſpiri
tuale: quod eſt annexum ſiue im
poſitum beneficio: tunc indubi=
tanter ſecundum iuriſtas poteſt
conferri beneficium cum pacto:
ita ſcilicet ꝙ ſuſcipiens benefi=
cium promittat obſequium illi
annexum: ſicut patet de capella
nia que confertur alicui cum ta
li pacto ꝙ celebrabit in ea vel ce
lebrari faciet: certũ numeꝝ miſ
ſaꝝ. Idẽ etiã ptꝫ de prebenda do
ctorali cui ẽ annexũ offĩm lecture

E ¶ Queritur ſi clericus ſerui=
ens ĩ licitis ꝛ honeſtis alicui epi
ſcopo in ſpe future retributiõis
ſit ſimoniacus: et an licite poſſit
tenere beneficium quod ſic rece
pit. Reſponſio. diſtinguendũ eſt
de tali clerico: qꝛ aut ſeruit prin
cipaliter ad hũc finem ꝛ forte cũ
pacto et ꝓmiſſione tali epiſcopo
aut minus principaliter ꝛ ceſſan
te omni pacto. Si primũ: tũc eſt
verus ſimoniacus: et tenetur ad
reſignationem beneficij ratione
pacti. Ubi autem pactum nõ in=
teruenit: ſ; ſuis principalis eius
intentio feratur ad beneficium
obtinendũ: peccat quideꝫ morta
liter: et eſt ſimoniacus mentalis
non tamen tenetur ad reſigna



tionem beneficij ſic adepti ſecun
dum Richar. Si vero talis cleri
cus ſeruiat epõ minus principa=
liter propter ſpem beneficij obti
nendi. ſymoniã non committit re
cipiendo beneficium: nec in hoc
peccat niſi plus ponatur. Idẽ dic
tuo modo de epõ conferente illi
beneficium. Idem ſimiliter eſt di
cenduꝫ de clerico ſeruiente alicui
dño tpali hñti plura beneficia in
ſua preſentatione. Iniuſte tamẽ
agunt plerique prelati ꝛ tempora
les dñi q̃ capellanis ſuis nulla ſti
pendia cõferũt ꝑter victũ pollicẽ
tes quia tpe et loco erunt memo
res eorũ et ꝙ non ponẽt ipſos ex
tra domos eoꝝ abſque prouiſione
eccleſiaſtici bñficij. Sed talis mo
dus agendi non caret labe ſymo
nie. Inſup tales capellani freq̃n=
ter fraudentur a deſiderijs ſuis
et ſpe vana Tum quia quando=
que domini. eorum cito et inſpera
te moriuntur. Tum quia modi=
ca occaſione habita: turpiter ex=
pelluntur. Tum quia etſi diu fa
mulentur dominis ſuis: tandem
remanẽt in puris et nudis eo ꝙ
filij nobiliũ ꝛ potentũ illis ꝑferũt
in preſentatione aut collatiõe bñ
ficiorũ. Propter quod quidã pau
per capellanus qui talia fuerat ex
pertꝰ metrice ſcripſit dicens.
Nos ẽ. ꝑlatis dare prebẽdas bñ
natis. aut bene nummatis: vel eo
rum ſanguine natis: ergo preben
de non dicuntur ſed emende.

F ¶ Secundo committitur ſy=
monia ratione muneris a manu
Munus autem a manu eſt pecu
nia ſcd̃m Grego. vbi ſupra large
tñ ſumendo pecuniam ſcilicꝫ pro
rebus mobilibꝰ q̃ temporalr̃ poſſi
dent: vt notat. j. q. iij. p totũ. Ubi
notandum ſcd̃m durãdũ in q̃rto
ꝙ munus a manu vl̃ eſt tale ꝛ tm̃
ꝙ preſumitur inclinã affectũ ad
collationem rei ſpiritualis propꝫ
ipſũ ꝛ tunc preſumitur ſymonia.
vel hoc tam paruum eſt ꝙ non pre
ſumitur inclinare affectum ad col
lationeꝫ rei ſpiritualis: ꝛ tunc nõ
eſt ſymonia. Hoc tamen verum ẽ
q̃ ad iudiciũ eccleſie q̃ hoc preſu
mit exterioribꝰ. Quo aũt ad deũ
et cõſcientiã ſp eſt ſymonia: quoti=
ens ſcꝫ propter quodcũque tempo
rale etiã quantuncũque paruũ dat
ſpirituale. Qꝫ ſi hoc faciat cũ pa
cto tũc eſt ſymonia realis. Si ve
ro ſine pacto tũc eſt ſymonia mẽ
talis: que per penitentiam abole
tur. Secus auteꝫ vbi tẽporale da
tur mere gratis et non habito re
ſpectu ad ſpirituale Tũc aũt pre=
ſumitur tpale non dari gratis: qñ
datur inſtante neceſſitate vel cuꝫ
vacat bñficium et preſertim quã
do munus eſt notabile vel etiam
qñ offertur ab eo qui antes nuſquã
viſus fuerat aliq̃d offerre. Iſta et
exteriora ſunt iudicia corrupta a
ſymoniace intentionis.

G ¶ Aduertendum tñ ſcd̃m do
minũ Anto. ij. parte ſumme ſue.
ti. j. c. iiij. §. ij. ꝙ pecunia poteſt li
cite dari et recipi pro re ſpiritua
li: et ſine nota ſymonie quinque mo
dis videlicet ratione.
Premiationis
Suſtentationis
Prouocationis
Punitionis
Uitande vexationis.
¶ Primo igitur rõne ꝑmiationis

quodā ſic patet. Qui em̄ vult cōſe
qui remiſſionē peccatorum: dꝫ ſi
pōt dare elemoſynas pauperibus
iuxta cōſiliū datum regi Nabu
chodonoſor. Dan. iiij. Peccata
tua elemoſinis redime. Et ſimili
ter de pe. diſt. j. c. medicina dicit
Ambro. Peccatis tuis venundaꝫ
tus es ſcilicet diabolo redime te
pecunia tua. Inſuper diuites de=
bent dare temporalia ſi cupiūt ha
bere celeſtia: iuxꝫ illud xp̄i verbū
Luc. xvj. Facite vobis amicos de
mammona iniquitatis: vt cū de
feceritis recipiant. ꝛc.

¶ Secundo pecunia poteſt dari
pro re ſpirituali ratione ſuſtenta
tiōis. Et hoc modo ſacerdos pro
miſſa quam dicit licite poteſt re
cipere ſex albos monete curren=
tis in Francia. Non quidē ſic ꝙ
illam pecuniam accipiat pro con
ſecratione ſeu confectione eucha
riſtie vel pro orationibus quas di
cit quaſi precium talium rerum
ſpiritualium ſed tanꝗ̄ ſtipendiū
ſue ſuſtentationis iuxta illud ver
bum Augu. Accipiant ſacerdo=
tes ſuſtentationem ſue neceſſita=
tis a populo mercedem vero ſue
miniſtrationis a deo.

¶ Tertio ratione prouocationis
Et hoc modo dantur elemoſyne
pauperibus vt inducātur ad orā
dū ꝑ benefactoribꝰ ſuis. Nō aūt
ad emendū orōnes vigilias pſal=
teria: et hmōi. Vñ ſapiens Eccli.
xxix. ait. Abſcōdet elemoſynā in
ſinu pauꝑis ꝛ ipa orabit ꝑ te. i. in
ducet pauperē ad orandū pro te.

¶ Quarto ratiōe punitionis. Et
hoc modo in abſolutione ab excō
municatione exigiꝫ pecunia: non
quidē pro ipa abſolutione i ſe: ꝙ
hoc eſſet ſymoniacum ſed in pe=
nam excōicati. Silr in ſacramen
tali ꝯfeſſiōe ꝛ abſolutione ſolet qn̄
ꝙ ꝯfitenti imponi aliq̄ elemoſy=
na pecuniaria danda in pios vſꝰ
in penam delictorū ꝯfeſſorū. Dn̄s
tn̄ dn̄i cōfeſſores circa hoc caute ꝛ
prudenter ſe hr̄e: ſic. ſcꝫ ꝙ cōſtet
confitentibus ꝙ nō imponunt eis
talem penitentiam pecuniariam
vt cedat ad eorum vtilitatē: ſiue
ſint miſſe ſiue elemoſyne: ſiue re=
ſtitutiones: aut ſimilia.

¶ Quinto ratione red mēde ve
xationis. Et hoc modo licet illi q̄
habet ius ad aliquod beneficium
pecunia redimere vexationem ſi
bi factam iniuſte. Non tamē hoc
ſibi licet anteꝗ̄ acquiraꝫ ſibi ius
ad huiuſmodi beneficium: ſeu di
gnitatem eccleſiaſticam. Alias
eſſet verus ſymoniacus.

h ¶ Tertio cōmittiꝫ ſymonia rō
ne muneris a lingua: vt cū alicui cō
ferꝫ bn̄ficiū nō habito reſpectu
ad idoneitatē neqꝫ ad vite meritū
ſꝫ ad preces quas magne perſōe
aut dicte aut qbꝰ collator ſe cogno
ſcit obnoxiū: pro eo faciūt. Pro q̄
notandū ꝙ preces quas qs facit
apud aliū pro bn̄ficio obtinendo:
aut fiūt pro ſe aut pro alio. Si ꝓ
ſe: iterum diſtinguēdū eſt ex par
te beneficij quia aut fiunt pro bn̄
ficio cui eſt annexa cura animaꝝ
aut pro ſimplici. Si primū. tunc ē
ſymonia: ſecundum beatū Tho.
ij. ij. q. j. arti. v. in ſol. ad tertiū ꝙ
quantumcunqꝫ alias eſſet dignus
quia eo ipſo ꝙ ſe ingerit preſum
ptuoſus et ambitioſus videtur:
et per conſequens indignus: vt



dicit idem doctor vbi. ſ. Multo
magis autē talis eſt ſymoniacus
ſi alias eſt indignꝰ puta: qꝛ illite
ratus vel fornicator notoriꝰ: aut
hmōi. Si autē qs porrigat ꝑces
pro ſeipſo ꝓ bn̄ficio ſimplici ꝛ in
digeat: nec eſt eo indignꝰ ꝓpter
aliquod īpedimentū: nō eſt ſymo
niacus: nec peccat. ſcđm beatum
Tho. vbi. ſ. ꝙ ſi nō indigeat pec
cat eo ꝙ aufert ſuſtentationē ꝛ ꝓ
uiſionē alicuiꝰ pauperis ꝛ indigē
tis clerici. Multo magis aūt pec
cat ſi ſit indignꝰ. Sꝫ nūquid pōt
aliqs porrigere preces ꝓ ſeipſo
vt ordineꝫ in preſbyterū. Reſpō
detur ꝙ ſic dūmodo ſit dignus ꝛ
nō ſit religioſus. Nā cū religio=
ſus nō habeat ꝓprium velle: non
dꝫ de ſeipſo diſponere: ſed ſuam
ꝓmotionē ad ſacros ordines: dꝫ
relinquere in manu ꝛ diſpoſitio
ne ſui p̄lati: vt patet ex de tem.
ordi. c. ad aures. Si vero preces
porrigant pro alio: aut porrigun
tur ꝓ digno: aut ꝓ idigno. Si pri
mū tūc nō ꝯmittiꝫ ſymonia. Quī
immo tales preces ſunt laudabi
les niſi aliud ponaꝫ. dicit tn̄ bea.
Tho. vbi. ſ. ꝙ dato ꝙ preces fi=
ant ꝓ digno pōt tn̄ eſſe ſymonia
ſi nō attendaꝫ ad meritum perſo
ne: ſed ad fauorem humanum et
rogantium. Si ſecundū tunc cō
mittiꝫ ſymonia ſcđm oēs docto=
res. Ad qđ etiā facit. c. de ordi. j.
q. j. Ex quo patet ꝙ ep̄s ad nulliꝰ
inſtantiā etiā cuiuſcunqꝫ dignita
tis aut auctoritatis extat dꝫ dare
beneficium indigno: ꝛ quem ſcit
eſſe talem: etiam dato ꝙ ſint pre
ces armate: ꝙ ſi ſecus fecerit ſy=
moniā icurrit ꝛ dupliciꝫ peccat
Primo quidē prouidendo benefi
cio de inſufficienti ſecundo vero
hoc agēdo ex humano fauore qđ
ſymoniacum eſt. In tali ergo ca=
ſu dꝫ magis deo obedire ꝗ̄ homi
nibus. Patet ergo q̄modo cōmit
titur ſymonia tripliciter ſcđm ꝙ
collator bn̄ficij poteſt principaliꝫ
induci ad conferendū alicui ali
qđ beneficiū propꝫ munꝰ ab ob=
ſequio: aut a manu aut a lingua.

I ¶ Tertiꝰ digitus manus ſymo
niace dicitur grauitatis. Nā gra
uitas huius peccati hoc manife
ſte oſtenditur: quia eſt contra le=
gem triplicem. ſ. naturalem diui=
nam ꝛ eccleſiaſticam.

¶ Primo igr̄ eſt cōtra legē natu=
ralem: de qua Tho. iiij. Quod ab
oderis tibi fieri vide ne tu aliqn̄
alteri facias. Sic eſt aūt ꝙ prela=
tus dans beneficium ſymoniace
alteri. ſi eſſet in loco eiꝰ vellet ſi=
bi gratis conferri. Igr̄ ꝛ ipſe gra
tis beneficium ꝛ quecunqꝫ ſpiri=
ritualia conferre debet.

¶ Secundo eſt contra legem di
uinā. de qua Mat. x. Gratis acce
cepiſtis. gratis date. Super quo
dicit glo. ordi. ꝙ chriſtus per illa
verba condemnat perfidiam ſy=
moniace hereſeos. De iure er=
go diuino eſt ꝙ pro ſpiritualibus
actibus ꝛ ꝓ adminiſtratiōe ſacra
mentorū ꝛ predicatione atqꝫ con
ſilijs nihil accipiatur quaſi pre=
ciū. Vñ Petrus Simoni mago a
quo ſymonia dicta eſt: dixit Actu
um. viij. Pecunia tua tecū ſit in ꝑ
ditionē: qm̄ donū dei. ſ. gratiam
ſanitatum et miraculorum. exiſti
maſti pecunia poſſideri. Et qꝛ pa
pa eſt ſubiectus legi naturali ꝛ diui

ne:vt ceteri hoies:ideo illa opinio=
eſt erronea q̄ dicit q̄ i ſummū pō
tificē non cadit ſymonia: vt dicit
beat⁹ Tho. in.iiij.ſenten. diſtin.
xxv. Si ḡ papa pro aliquo ſpūa=
li munus accipit:ſymoniā cōmit
tit ſicut ⁊ ceteri hoies. Et q̄uis
res eccleſie ſint aliquo modo pa
pe:nō tñ ſunt ei⁹ oībus modis ha
bendi ſicut illud qđ habet ad ma
nū. Unde ſi recipiat pecuniā pro
aliqua re ſpūali :ſiue talis pecu=
nia ſit de reditib⁹ eccl'ie:ſiue offe
ratur ab aliquo laico de bonis ſu
is:nō caret vitio ſymonie. In pa
pa ḡ poteſt cadere pctm̄ ſymonie
quo ad deū. Hoc tñ verum eſt q̄
nō incurrit penas iuris poſitiui
cui nō ſubeſt. Da exēplū de excōi
catione quā nō incurrit percutiē
do clericum q̄uis peccet morta
liter ſi malitioſe ipm percutiat
¶ Tertio ſimonia eſt ꝯ legē ec
cleſiaſticā ⁊ humanā:ſicut patet
in decretis.j.q.j.quaſi per totū
Itē in.v.lib.decretaliū ponit vn⁹
ſpecialꝭ titulus de ſymonia :vbi
multa dicuntur in reprobationē
vitij ſymonie. Inſuper lex ciui=
lis reprobat eandem ſymoniam.
Unde.ff. de re iudicata. l.ſacra
loca dicitur q̄ ſpiritualia non ca
dunt ſub eſtimatione. Idē etiā
habetur.ff.de contrahenda em=
ptione.l.hanc legem. Patet ergo
grauitas huius peccati.

K ¶ Quartus digit⁹ predicte
manus ſimoniace dicitur ingreſ
ſionis. Symonia eñ hodie non
dormit: ſed vigilat:querēs quē
deuoret :īgrediēs domos mura
tas ⁊ non muratas:ciuitas:et ca
ſtra eccleſias:⁊ quecunq̄ loca ſa
cra. Specialiter aut hec peſtife=
ra ſymonia ingreditur domos tri
pliciter videlicet.

Epiſcoporum.
Clauſtralium
Clericorum.

L ¶ Primo igitur ingreditur
domos ⁊ cubilia epiſcoporum: et
ſupra hoc autem fit dupl'r: vz oc
culte et apte: Prio quidē occulte
⁊ q̄ſi ſub ſpecie vrbanitatis ⁊ ami
citie ſicut pʒ de illis qui laborant
habere grām ⁊ amicitiam p̄lato
rū: vt ſic poſſint ab eis cōſequi ali
quod bñficiū: ſiue ꝓ ſe ſiue ꝓ ſuis
pp quod frequēter eos viſitāt: ſi
non ꝓpter Ihs tantum. Aliquan
do etiam mittunt ad eos encenia
et diuerſa munera: vel mutuāt pe
cuniam ⁊ tunc tenent eos quaſi li
gatos: ita vt ipſi prelati non aude
ant illis denegare beneficium q̄ñ
ipſum ſiue pro ſe: ſiue pro ſuis pe
tunt quia ergo tales non audent
offerre pecuniam ſub titulo doni
eo q̄ hoc eſſet turpe: ideo eā of=
ferunt ſub modo mutui que ta=
men in rei veritate datur ab illis
qui pro moueri cupiunt quaſi p̄=
cium. Sed nouerint tales q̄ ſi ſic
adepti fuerint beneficium ſim=
plex vel compoſitum nunq̄ intra
bunt celeſte regnū niſi ipſuʒ pure
et ſimpliciter reſignauerint ⁊ de
ſymonia ſua penitentiam egerit.
Secundo ſymonia quandoq̄ ap
te ingreditur domos epiſcoporū
quod fit q̄ñ iuſtitiam quā gratis
facere tenentur chare vendunt.
Hoc aūt patet quando a predi=
catoribus indulgentiarum : aut
portitoribus reliquiarum ſeu de
nunciatoribus certarum ꝯfrater



nitatum magnam pecuniam reci
piunt priuſq̄ litteras ⁊ mandata
vagādi per ſuas dioceſes ꝯcedāt
In hoc ptē magnā recipiētes de
oīb⁹ mēdacijs q̄ tales dicturi ſūt
Quorū abuſ⁹ ſymoniac⁹ ſi odēdi
pōt et ꝓbari. Si enim iuſtum ſit
⁊ licitum q̄ ſic vadant gratis va=
dant. Si vero illicitum propter i
finita mendacia/deceptiones/ et
falſitates quas loquuntur ⁊ ſemi
nant nullo modo ire pmittantur
Turpe ergo eſt ⁊ grandis ſymo
nia q̄ dñi epi q̄ ſūt in tanta digni
tate ꝯſtituti ⁊ q̄ p dei gratiā hñt
vnde abunde ⁊ laute viuāt ſint p
ticipes lucri talium biliſtrinorū
⁊ īfamiū pſonarū. Hoc tñ male ad
uertit q̄dam magnus prelatus in
Frācia q̄ adhuc vitam agit in hu
manis de quo fertur q̄ nunq̄ dat
mandatum talibus queſtoribus/
pro quo ad minus non habeat p̄
manibus.xx.ſcuta aurea boni pō
deris. Quem ad hoc non com=
pellit egeſtas maxime cū preſit
eccleſie ⁊ dioceſi valde abundan
ti ſibi ⁊ preter hoc occupat quin
q̄ eccleſias abbatiales. Ecce q̄=
modo ſymonia īgreditur domos
epiſcoporum.

M ¶ Scđo ipſa ſymonia ingre=
ditur domos clauſtralium ⁊ pre
ſertim monachorū ac monialiū
facientium pactum ſuper recipiē
do cum tamen ſymoniacū ſit ali=
quid exigere vel accipere quaſi
precium pro ingreſſu religionis
Sponte tamen poſſunt oblata q̄
q̄cunq̄ ſint recipere dummodo
non interueniat aliqua corrupta
intentio. Et in hoc cōcordant om
nes doctores tam theologi quā
alij. Et hoc idem expreſſe conti=
netur.i.q.ij.ſicut epiſcopum. Itē
ibidē.c.q̄ſpio. Licet tamē aliquē
facilius in monaſterio recipere
propter deuotionem quam oſten
dit ſe hr̄e ad ipſum monaſteriū
largas elemoſynas illi faciendo
Sicut ecōuerſo licitū eſt aliquē
ꝓuocare ad deuotionē monaſte=
rij ꝓpt' tp̄alia bñficia vt ex hoc i
clinet ad ingreſſū monaſterij q̄
uis non ſit licitū aliquid dare vel
accipere pro ingreſſu monaſterij
quaſi precium vt dicit btūs Tho.
ij.ij.q.c.ar.iij.in ſolu.ad quartum
Circa qđ notandū qđ illud tēpa
le quod datur non debet eſſe p̄n=
cipale motiuū propter quod con
cedatur vel queratur religionis
ingreſſus : quia tunc eſſet ſymo=
nia. Poteſt tamen eſſe minus p̄n
cipale motiuū ⁊ inductiuū.

N ¶ Querit' aūt circa hoc vtrū
liceat facere pactū de tp̄alib⁹ q̄
ad volētes īgredi religionē i mo
naſterio tenui ⁊ qđ vix pōt ſuſtē
tare ſuos. Rñſio. Circa hoc diuer
ſi diuerſa ſētiunt vt refert domi
nus Anto. in ſecunda parte ſum
me ſue.titu.j.capi.v.§.xviij. Re=
ſolutorie tamen tenendum eſt q̄
pretextu paupertatis aut cuiuſcū
q̄ alterius cauſe non licet facere
pactum pro ingreſſu cuiuſcunq̄
religionis. Sic enim cauetur.j.q.
ij.q̄ſpio.vbi dr̄. Ceſſet omnis pa=
ctio ceſſet omnis conuentio : ac
cedat gratia ⁊c. Et ideo ad euitā
dum omnem notam ſymonie iu=
re cautum eſt ne in monaſterijs
monialiū redditualārūaliq̄ reci=
piantur vltra facultatem locorū
put habet' de ſtatu regularium.

ca. periculoſo. lib. vi. vbi ſic dicit.
Diſtrictius inhibemus ne i mo⸗
naſterij ordinū non mendicātium
mulierum de cetero aliq̄ recipiāt
in ſorores niſi quot poterūt de ip
ſorū monaſteriorū bonis vl' ꝓuē
tibꝰ abſq; penuria ſuſtētari. Q
ſi ſecꝰ factū fuerit irritū decerni
muſ. hec ibi. Quid g̃ iuris cū aliq̄
puella vult igredi aliqđ monaſte⸗
rium reddituatum ꝙ hʒ ſuū nūerū
monialium quē q̄dē numerū ſuſtē
tare ꝑciſe pōt ⁊ nō vltra. Ad hoc
optimū ꝯſiliū dāt viri iuriſte q̄⸗
les ſunt Ray. hoſtieñ. et Jo. An
dree dicentes ꝙ dicte moniales
reddituate ⁊ ſiłr religioſi reddi⸗
tuati pñt hec ꝟba vl' ſi'lia dicere
volēti monaſterium eorum intra
re. Nos libēter et gratis recipi⸗
muſ te ad ꝯſortiū nr̄m ſpūale. Ue
rumtñ cum bona nr̄a exigua ſint
nec ſufficiant nobis et tibi: affer
tecum vnde poſſis viuere vel ſic
prouideas tibi vnde viuas ne co
gamur mendicare propter te. Et
tunc ſecundum predictos docto⸗
res ſi ingrediēs tale monaſteriū
bona ſua ſecum afferat ſiue in to
to ſiue in pte: quia forte magna
ſunt et multa non committitur ſi
monia: dummodo hoc non dicat
in fraudem: ſicut plerūq; faciunt
dūmodo etiā hoc ſine pacto fiat.
Alij autē dicunt ſic eſſe reſpondē
dum volenti ingredi tale mona⸗
ſterium. Non poſſumus te reci⸗
pere quia ſumus ita pauperes ꝙ
ſine penuria non poſſemus viue
re ſi augeremus numerum nr̄m.
Sed ſi haberes vnde viueres et
tecum apportares libenter te re
ciperemus. Tunc ſcđʒ iſtos ſi ta
les non plus dicant non ꝯmittūt
ſimoniam. Eſſet autem ſimonia
ſi dicerem. Oportet ꝙ afferas te⸗
cum tantum vl' tantū alias non
recipiemus te qr eſſet iam facere
pactum ⁊ forū. Hoc tamen intelli
git qñ ꝓpter tpalia p̄ncipalr mo
uerēt ad talē receptionē. Nec ſuf
ficit dicere. Nō poſſumꝰ ꝯmode
viuere augēdo numerū nr̄m ad
euitandū notā ſimonie ſʒ oportet
veraciter dicere. Non poſſemus
ſic augendo numerū noſtrum et
de vnica perſona abſq; penuria
viuere. i. abſq; indigentia neceſſi
tate rei familiaris.
O ¶ Ex his ergo omnibꝰ poſſu⸗
mus inferre duo correlaria ꝯfor
miter ad dn̄ʒ Antoniū vbi ſupra
Primū ē ꝙ nulla pactio đ tpalibꝰ
dʒ iteruenire ꝓ igreſſu religiōis
etiā dato ꝙ monaſteriū ſit tenue
Et hec eſt communior ⁊ tutior opi
nio. Secundum correlariū ē qđ
ſi monaſteriū ſit abūdans nullus
ſimplr dʒ eē tractatꝰ de tpalibꝰ i
receptione. Iſtđ autem eſt con⸗
tra communem abuſum: qr quan
to monaſterium, eſt abundantiꝰ
tanto monachi volūt habere ma
iores dotes et plura ſunt expenē
da ita vt dicant parentes frequē
ter ꝙ habuiſſent meliorem forū
ſi tradidiſſent filiam ſuā nuptui
quam eam ponendo in tali mona
ſterio. Scio enim monaſterium
monialium habens ferme octo
mille Libras Annui cenſus apđ
quod nulla recipitur etiā ſi clare
ret miraculis niſi ſecū afferat ad
minus. xij. libras Parrhiſieñ. an⸗
nui cēſꝰ quādiu vixerit pter gra
uiſſimos ſumptꝰ fieri ſolitos i re



ceptione ⁊ ꝓfeſſiōe tum in victu
⁊ prandijs regiis tum in veſtitu ⁊
ſuppellecti pōpoſa atq; iocalibus
argenteis ⁊ hmōi. Et preter hec
poſt deceſſum cuiuſlibet ibi rece
pte de cenſu ſuo remanent. xl. ſo
lidi Parrhiſieñ. ad perpetuā com
moditatem dicti monaſterij: niſi
forſan redimant precio. xl. librarū
Parrhiſieñ. Noui etiam famoſum
monaſteriū monachorū in Nor⸗
mania cuius redditus aſcenderēt
vltra. xx. milia đ quo didici a vi
ro timorato dicti cenobij ꝙ vix ali
quis ibi recipit ad habitū ꝓ q̄ nō
fiant expenſe grauiſſime vtpote
aſcēdentes ad cētū libras aut vl
tra. Interdū etiā ſolēt in talibus
offerri munuſcła officiarij mona
ſterij ſiue per gladiorum cetu ꝑ⸗
cij ſiue birreta aut ſi'lia tanq̄ iu⸗
ra eorū ⁊ ſic de multis alijs corru
ptionibꝰ q̄ nō carēt labe ſimonie
ita vt vix reperiatur domꝰ clau⸗
ſtral' ⁊ preſertim reddituata ⁊ nō
reformata q̄ ſe abſcondat a calo
re eius ſcʒ peſtifere ſimonie.
P ¶ Notandum tñ circa mate⸗
riā iſtā cōformiter ad hoſtieñ. ꝙ
ſi aliqua puella eſt gratis recep⸗
ta ad religionem cuius parentes
poſt receptionē tanq̄ ingrati ni⸗
hil volunt dare monaſterio cum
tamen ſit tenue poſſūt moniales
agere contra patrē pro alimentꝭ
filie. Q ſi mortuus eſt pater poſ
ſunt agere ad partem ſue heredi
tatis. Non enim pōt priuari por⸗
tione ſua legitima ꝓpt' ingreſ⸗
ſum religionis niſi ipſa ſponte iu
ri ſuo renūciaſſet vt pater. xix. q.
iij. c. ſi qua mulier. Si autē nullū
fiat pactum ſed taxatum eſt quā⸗
tum ingrediens dare debeat ꝓ i
greſſu ad religionem ꝯſcdm hos
datur ſimonia cum eſt ⁊ talis ta⸗
xatio reprobat' ſcđʒ eūdē hoſtie.
Et idē iudiciū ē ſi fiat pactū đ ſer
uāda ꝯſuetudine. Idē ēt ſi grat'
recipiat' ⁊ poſtmodū cōpellat' ad
ſeruādū ꝯſuetudinē. Patʒ g̃ q̄mđ
ſimonia ingredit' domos clau⸗
ſtraliū. ¶ Tertio ſimonia igredit'
domos clericorū. i. eccl'iaſticorū ⁊
ſignāter beneficiatorū. Pro quo
notandū ꝙ tales ſolēt cōmittere
ſimoniā tripliciter: vʒ
In ſuſceptione ordinum
In adminiſtratiōe ſacramentorū
In exequijs mortuorum
Q ¶ Primo igit' ſolent q̄nq; cle
rici ſimoniam cōmittere in ſuſce
ptione ſuorū ordinū tam maiorū
q̄ minorū. Et hoc iterū tripliciť.
Primo q̄dē faciēdo ſe ordīari nō
ꝓpter ieſū tm̄ ſʒ ꝓpt' bñficiū co n
ſeq̄ndū ſi tñ ly propter dicat cauſā
p̄ncipalē. Secꝰ autē ſi dicat cau
ſam minus principalem. Sicut et
ſimonia realis eſt cum quis prin
cipaliter facit ſe ordinari ꝓpter
beneficium promiſſum ita etiam
ſymonia mentalis eſt cum quis
hoc facit hac principali intentio
ne vt aſſequatur beneficium. Ma
xime cum dei honor ⁊ anime ſue
ſalus vnumquēq; ad ſacros ordi
nes allicere debeat et attrahere.
Secūdo ordināđi incurrunt ſi⸗
moniam in hoc ſcilicet ꝙ faciunt
regregia cōuiuia ⁊ interdū offe⸗
rūt munera aut ſaltē patres eorū
q̄ illis ſciētibus et nō ꝯtradicēti⸗
bus decanis ruralibus: aut alijs
ad hoc deputatis qui faciunt in⸗
queſtam de vita et moribus eo⸗

ſtum vt tales ſileant ſi quid ſini-
ſtri de illis audiunt ne ſic impe-
diant a ꝓmotione ſua. Et hec ſi-
mila ſimil'r inoluit dictos decanos
cū eis. Tertio ꝑdicti icurrunt ſi
moniā q̄ ad titulū ſuū. Sunt eni
q̄nq̄ ordinādi de paupere regno
et ſine titulo. Et q2 nullus ē ordi
nādus abſq̄ titulo aut bñficio iō
tales q̄nq̄ ſolēt rogare auūculos
ſuos aut q̄ſcunq̄ alios: vt velint
eos titular' ſimil'r ꝓmittētes q̄ nū
q̄ā aliq̄d ab eis exigēt rōne hmōi
tituli. Quinimo faciunt interdu3
illis quitantiam ſub aliquo colo
re ꝛ pal'iatiōe de tali titulo. Hoc
enim ſymoniacū eſt vt poteſt tra
hi ex capi. per tuas extra de ſi-
monia.

¶ Secūdo ſolēt clerici ꝯmittere
ſimoniā in adminiſtratiōe ſacra
mētoꝝ. Hoc ei ḡnale ē in q̄libȝ ſa-
cramēto q̄ grat; adminiſtrari dȝ
Que tñ ſpōte offerūt licite pñt re
cipi. Ex quo patet q̄ ꝓ bñdictiōe
nuptiarū nihil debet exigi: vt no
tatur extra de ſimonia. ca. cum in
eccleſie. Sil'r ꝓ baptiſmo vt pa-
tet. j. q. baptizādis. Similit' ne-
q̄ ꝓ confirmatione aut extrema
vnctione licet aliquid exigere ſȝ
ſpōte oblata licite recipi poſſunt
vt dictum eſt. Eſt enim generali
ter notandum circa materiā iſtā
conformiter ad beatū Thomā.
ſecūda ſcōe. queſt. c. ar. ij. in ſolu.
ad quartū. q̄ ſi pro adminiſtratio
ne ſacramentoru3 recipiantur q̄-
dam ſtipendia per conſuetudinē
approbatam: non eſt ſimonia et
precipue q̄n q̄s voluntarie ſoluit.
In his tñ ſollicite eſt cauēdū ab
eo q̄d habet ſpeciem ſimonie vel
cupiditatis dicēte apo. j. theſſa.
v. ab oī ſpecie mala abſtiete vos
ſil'r ꝓ collatiōe ſeu adminiſtratio
ne ſacramēti altar; nō lȝ aliq̄d exi
gere v'l ex pacto ſeu q̄ſi ꝓciū ali-
q̄d dat' vt notat'. j. q. j. Dictū vbi
ēt ꝯcludit' q̄ gratis dōa xp̄i gra-
tuita diſpenſatiōe donari debēt.
R ¶ Querit' aūt circa hoc. Utrū
liceat aliq̄d exigere pro celebra-
tione miſſe. Rñſio ab omnib9 ꝯce
dit' q̄ nihil licet exigere āte cele
brationem ſeu de hoc pactu3 face
re. Nā circa diuia oīs pactio iter
dicit' ſub pena ſimonie vt pȝ. j. q.
ij. q̄ā pro. ſil'r neq̄ poſt celebratio-
nē miſſe licȝ aliq̄d exigere tāq̄ ꝓ
cium illius ſicut neq̄ dare alias
incurritur ſimonia. Sed per mo
dum ſumptus hoc licet conſide-
rata tamen qualitate perſone. Et
ideo circa hoc diſtinguēdum eſt,
Quia aut ſacerdos tenetur cele-
brare ratione bñficij ſicut patet
de curato qui tenetur ad miſſam
parochialē dñicis ꝛ feſt;. Aut nō
tenetur ſicut patet de ſimplici ſa
cerdote qui nemini obligatur ra
tione bene ficij. Quis quāuis in-
terdum teneatur celebrare ratio
ne ſuſcepti ordinis poteſt tamen
applicare ſuffragium miſſe cui cū
q̄ voluerit ſiue viuo ſiue defun-
cto. Si ergo ſacerdos tenetur ce-
lebrare miſſam ratiōe ſuſcepti be
neficij tūc ſi aliquid exigat ſimo
niam committit vt patȝ. j. queſt.
iij. vendentes. Si vero non tene
tur ꝛ deficit ei ſumptus poteſt li
cite accipere pecuniam vt notat'
j. q. j. iudices. Q; ſi ſumptus ſuf-
ficientes habeat nec tenetur ce-
lebrare miſſam die illo aut: de-



bet gratis celebrare aut ceſſare
alias videt' celebrare ex auaritia
et turpis q̄ſtus ꝛ vel ſaltē hȝ ſpe-
ciem mali q̄uis forte nō incurrat
ſymoniā eo q̄ non debet ſuis ſti-
pendijs militare. Iſtō autem tan
git multos curatos habitantes
in magnis ciuitatib9 tradētes bñ
ficia ſua ad fermā. Et tales ſūt in
triplici dr̄a. Primi ſunt qui deſer
uiunt beneficijs alienis. Et tales
viuūt i maximo periculo aiarum
ſuaꝝ q̄ſi plus curantes oues alie
nas q̄ā ꝓprias. Sȝ ꝑfecto vt ꝑr9
loq̄r non eſt illis cure de proprijs
aut alienis ouib9 ſed tantū de la
na. Alij ſunt qui efficiūtur capel
lani ordinarij nobilium diuitum
ac potentum ita vt non vacet di
es in hebdomada in qua non ha
beant miſſam aſſignatam: hodie
pro ſorte cras pro platone et hu
iuſmodi. Et vt competētius ma
nu teneant tales perſonas red-
dunt ſe quaſi ſeruos illarum vo
cātes eos magiſtros ꝛ magiſtras
Alij autē turpius agentes qua
ſi mendicant miſſas et currunt
poſt funera qui frequenter bibūt
cum curatis aut vicarijs vt vocē
tur de primis cum lucrum occur
rerit. Q; ſi hoc vituperabile ꝛ ſy
monia cum iudicetur in ſimplici
ſacerdote nullam prouiſionē ha-
bente quanto magis in ſacerdo
te beneficiato: et habente vnde
ſufficiēter viueret. Unde frequē
ter poſt deceſſum talium inueniū
tur theſauri multi i buffetis ꝛ ar
cis eorum quos rapiūt heredes
aut alij qui parum curant de an
imabus eorum.
S ¶ Queritur conſequēter cir
ca hoc. Utrū liceat facere pactū
de pecunia danda ꝓ anniuerſa-
rio celebrādo. Ad hoc rñdet Ri
char. in. iiij. ſen. di. xxv. v. q̄ non.
Si tamen ex deuotione detur ali
cui eccleſie certa pecunia eccl'ia
tetur ꝓ illis celebrare ꝓ quibus
dat' ſcōm q̄ ꝓ bñficio recepto vi
det' ſe magis obligatam. Hec ille
Addit aūt dñs Anto. ij. pte. tit. j.
ca. v. §. xvj. dicēs q̄ ſeculares qui
dant vel dimittunt per teſtamen
tum certā quātitatē pecunie pro
miſſis ſeu anniuerſarijs fiendis
ſnitētes ꝯſuetudini patrie quaſi
volentes emere dicta anniuerſa
ria videt' q̄ pie ſit interpretandū
factum eorum ꝓpter eorum ſim
plicitatē ſcȝ q̄ dant talē pecuniā
per modū elemoſyne. Sūt tamē
admonendi de hoc vt ne dent tā
q̄ā preciū miſſe. Dicit etiā petr9
de pal. in. iiij. di. xxv. q̄ ō hmōi an
niuerſarijs dicendū eſt ſicut de ꝓ
bendis: q̄ ſ. ſunt in ſuſtentationē
vite clericoꝝ: vt recipientes ipſa
obligant' ad faciendū illud pro q̄
inſtituta ſūt ſicut canonici9 ad ho
ras canonicas.
T ¶ Querit' et tertio vtrū liceat
aliq̄d exiger' ꝓ audiētia cōfeſſiōis
Rñdet' breuiter q̄ nō vt pȝ. j. q. j.
q̄cq̄d voluntarie tñ oblata pñt lici
te recipi vt habet' in eodē. c. Cir-
ca hoc aūt notāde ſunt quattuor
ꝟitates. Prima ē ſacerdotes q̄ au
diunt cōfeſſiōes principal'r intē
dētes lucrū tpale magis q̄ā ſpūa
le ēt ſi nihil petāt nihilominꝰ cō-
mittūt ſimoniā mentalem. Ex q̄
infertur q̄ illi ſacerdotes q̄ currūt
ad eccl'ias in q̄b9 audiūt eſſe ḡna
le indultum ſiue ꝓpe: ſiue longe:

diſtent non ſūt imūnes a p̄dicta
ſymonia mētali. Nā ↄſciētie eoꝝ
teſtimoniū illis reddūt q̄ nō ꝓpē
Jeſū p̄ncipalr̄ illic ſe ↄferūt. Un̄
ēt illic applicātes interdū ↄtēdūt
de locis. Scḋa v̄itas ſacerdotes
exigētes pecuniā ꝑ audiētia ↄfeſ
ſionū al's nō audituri incidūt in
ſymoniā reale ēttā ab eccl'ia pu=
nienda ſicut ꝓbari pōt p ca. ſ̄plo
j.q.ij. Tertia veritas ſacerdotes
p̄ferentes diuites pauꝑib⁹ in ad=
miniſtratiōe ſacramēti ↄfeſſiōis
ſi hoc p̄ncipalr̄ faciāt ꝓpē ſpē ma
ioris lucri ↄmittūt ſymoniā mētā
lē. Quarta v̄itas ſacerdotes par
rochiales nolētes ſubditis dare
licētiā adeundi aliū ↄfeſſorē niſi
p̄mū illis tm̄ dederit q̄ſtū ſi illis
fuiſſent cōfeſſi cōmittunt aptam
ſymoniam vt ſunt illi q̄ talib⁹ ſo=
lēt dicere. Soluatis mihi primo
veſtram confeſſionem ↄ poſtmo
dum abite quo vultis.

¶ Tertio ſolent clerici commit=
tere ſymoniam in exequijs defū
ctorum ↄ hoc tripl'r.

V ¶ Primo quidē in ſuſcipien=
do onus certi numeri miſſarum
dicendarū ad intentionem defun
cti. Sed quia ſentiunt ſe aliunde
obligatos aut q: forte nolunt oī
die celebrare dicētes q̄ non ſunt
gallus villani qui cantat oīni ho
ra ideo vel non ſoluunt ex inte=
gro dictum numerū miſſarum in
fraudem pauperū animarū aut
ſi ſoluunt hoc tm̄ eſt p alios ſim=
plices et pauperes ſacerdotes q̄
bus vix dant tres albos pro miſ=
ſa cū tamē recipiant ſex ſcḋm cō
ſuetudinem Francie In quo qui
dem facto manifeſte committunt

ſymoniā vel mihi dicant quo iu=
re retinēt mediā partē pecunie.
¶ Scḋo ſolent clerici ↄ ſignāter
curati ↄmittere ſymoniam circa
exeq̄as defūctoꝝ volētes artare
heredes aut executores ipſoꝝ de
functorū ad certū numerū cereo
rū ↄ cereoꝝ ↄ tanti pōderis ↄ hoc
totū ad ſuā vtilitatē plāgētes di
minutionē hm̄ōi luminariū. Inſup
multi eoꝝ q̄ ad eos q̄ elegerūt ſepe
liri apḋ p̄dicatores aut minores
volūt q̄ primū cadauer deferat
ad eccleſiā p̄rochialē ↄ fiat ibi re
p̄ſētatio et tunc accipiūt oīa lūina
ria. Inſup volūt hodie ītroduceṙ
hāc ↄſuetudinem vt fiat tale ſeru
ciū in eccleſijs eorū ꝓ defūcto q̄
elegit alibi ſepeliri ac ſi fuiſſet in
eccleſia parochiali inhumatus cū
tm̄ iuxta tenorem clemētine de ſe
pulturis. c. dudum. debeāt eſſe cō
tenti quarta portione oblationū
q̄ i loco ſepulture fiunt. Multi ēt
capellani ↄ ſimplices clerici nō cu
rati petūt iura ſua. In quo quidē
facto aperte videm⁹ ꝓphetiā im
pletam que dicit q̄ a minore vſq̄
ad maiorem omnes auaritie ſtu
de . hier. vj.

¶ Tertio predicti ſolent cōmitte
re ſymoniā pactionātes cū illis q̄
eligūt ſepeliri intra eccl'iam. cū
tm̄ ſepultura vēdi n̄ poſſit: accipiē
do tm̄ ſepulturā ipā ↄ trā bn̄dictā
in q̄ defūct⁹ ſepelit̄ ſiue ſit eccl'ia
ſiue cimiterio. Reſolutorie q̄ tenē
dū ē i materia iſta q̄ pro exequijs
mortuorū nō d; fieri pactum: nec
aliquid d; exigi. Sed hoc veꝝ ē
q̄ pie conſuetudines debent ob=
ſeruari vt notatur extra de ſymo
nia. ca. ad noſtram. Item in glo.



ſup. c. ſuā nobis eo. ti. d' q̄ licitū
eſt ſacerdoti aliq̄d recipe ꝑ exe=
quijs ſi illis ſumptus deſunt. Nec
vt ibi dicit̄ ē inconueniens q̄ cle
ricus locet operas ſuas cum non
habeat vn̄ viuat. Sed ſacerdos q̄
ex officio ſuo ad hoc tenetur et q̄
habet victum ſuū ſuis ſumptib⁹
tenet̄ ſpiritualia miniſtrare ſuis
ſubditis: vt habet̄ de conſe. diſt. j.
ſufficiat. Si tm̄ cōſuetudo eſt q̄ a
liq̄d det̄ in exequijs defunctorum
ↄ conſimilib⁹ licet ſacerdoti non
detur actio ad hoc petendum pōt
tm̄ populus cogi ad obſeruandū
honeſtā cōſuetudinē. vt notat̄ ex
tra de ſymonia. c. ad apoſtolicā.
vbi innocentius. iij. prohibet pra
uas exactiones fieri circa exequi
as defunctoꝝ: ↄ ſimul p̄cipit pias
conſuetudines obſeruari: ad quas
inde cōpeſcant̄ p ep̄m loci qui ni=
tunt̄ eas immutare. Pz ergo dif
fuſe de quarto digito man⁹ ſymo
niace qui d' ingreſſionis In quo
prout potuim⁹ oſ̄ndim⁹ qualr̄ do=
mina ſymonia īgredit̄ domos epi
ſcoporum religioſorum atq̄ cleri
corū. Qui ſi cauti fuerint claudēt
illi ingreſſum ne eiſdem claudat̄
celum et aperiatur infernus.

¶ Quintus digitus man⁹ ſymo=
niace d' punitionis. Circa quod
ſciendū q̄ hec vitia ſymonie mł
tipliciter puniūtur vꝫ

Spiritualiter
Temporaliter
Corporaliter
Eternaliter

X ¶ Primo quidē ſpūalr̄: ↄ hec pe=
na iterū eſt triplex. Prima eſt ex=
cōicationis. q̄ vt d' anto. inducta
eſt per extrauagantes q̄ ad quā

dam ſymonias. Ueruntamen nul
lam extrauagantē allegatur ī par
ticulari. Nihilominus de hoc eſt
expreſſus textus. j. q. j. qui ſtudet
vbi manda: Gre. nazanzenus ſy=
moniacū omnibus modis a cōro=
ne abſcindi. Scḋa pena ſpiritua
lis d' ſuſpenſionis. Nā oīs ſymo
niacus eſt ſuſpēſus ab executiōe
ſuorū ordinum prout diffuſe trac
tat dn̄s anto. iij. parte ſumme ſue.
ti. xxvij. ca. ij. vide ibi. Tertia pe
na ſpūalis d' depoſitionis ↄ infa
mie. Nā ſi ↄſtiterit in iudicio de
aliquo q̄ ſit ſymoniacus tūc d; de
poni ↄ in famis reputari: vt patet
j. q. j. ſi quis ep̄s ↄ ī pluribus alijs
cap'lis ibi ſeq̄ntib⁹. Itē. xv. q. iij.
ſane. quo fit vt talis a mō nō poſ
ſit adduci in teſtem in iudicio: vt
patet extra de ſy. c. ſi dominus.

¶ Secundo iſtud vitium punit̄
corporaliter. Et de hoc hiſtoriā
habem⁹. iiij. Reg. v. de giezi: de q̄
ibi legit̄ q̄ cū exegiſſet pecuniā
a naamā ſyro pp ſanitatē receptā
a lepra ſua p heliſeū ꝓphetā ma=
giſtrū ipſi⁹ giezi ad imp̄cationes
ipſi⁹ heliſei ꝑcuſſus eſt lepra cum
oī poſteritate ſua. Et nota q̄ ab
iſto giezi incepit ſymonia que
ad vet⁹ teſtm̄: ſicut et a ſimōe ma
go q̄ ad nouum teſtm̄. Item hec
pena corporalis inuoluit illos pa
tronos vl' collatores bn̄ficiorum
q̄ hoc ſymoniace agūt aut q̄ hm̄ōi
bn̄ficia indignis conferūt in cui⁹
figuram legit̄. j. para. xiij. q̄ oza
mortuus ē: eo impoſuiſſet arcam
domini portandam bob⁹ laſciuiē
tib⁹ Applicatio ē facilis.

Y ¶ Tertio hoc vitium q̄nq̄ pu
nitur tēporaliter. ſicut ſequēs de

clarat hiſtoria. Refert enim beatus Cyrillus hieroſo. eps prout continetur in fine epłarū bti Augu. ꝙ in quodam monaſterio monialiū talis erat conſuetudo vt nulla ibi reciperetur niſi ſecū afferret certā pecunie ſummā. Erat aūt in monaſterio quedam ſctimonialis annoſa ꝛ virtutibꝰ plena q̄ hm̄oi viciū plurimū abhorrebat. Cumq3 hec quadā nocte orōni vacaret illi affuit btūs hierony. p̄cipiens eidem vt ad abbatiſſam iret ꝛ eā admoneret vt a dicta ſymonia abſtineret cū ceteris monialibꝰ ſuis Sin alias grauis ira dei ſup monaſteriū cito deſcēderet. His itaq3 dictis diſparuit viſio. Mane igr̄ facto dicta ſctimonialis hec nota facit abbatiſſe ꝛ toti monaſterio ꝛ hoc ſemel bis ter: ſed ſp̄ deridetur ꝛ fatua reputatur. poſt dies igitur decē iterū ea orante affuit beatus hierony. p̄cipiēs, vt iterū rediret ad ſorores ſuas ꝛ illis nūciaret ex parte dn̄i vt abſtineant a dicta labe. Illa facit que iubet vir ſanctus qui paulo añ diē clauſerat extremū. Sed neq3 ſic ſepe admonite penitere noluerunt.

Quinimmo eam minis ꝛ cachinnis repulerunt. Poſt hec igit illa admonita diuinitus limites monaſterij egreditur ꝛ ecce mox totū monaſterium corruit atq3 oēs moniales opprimūtur. Ecce quomodo ſimonia punitur tēporalr a

¶ Quarto iſtud viciū punitur eternaliter ſicut ꝛ quodlibꝫ pctm̄ mortale: ſicut ſequēs declaratur exēplū. Legitur enim i chronica imperatorū romanorū: ꝛ recitatur in ſumma p̄dicātium tit. de ſymonia. de Conrado imperatore ꝙ cū eſſet puer ꝛ luderet cū quodā clerico q̄ habebat fiſtulā argēteā: p̄miſit ei ep̄atum qn̄ eſſet imperator p illa fiſtula. Qđ quidem p̄miſſum poſtmodū impleuit: cū ſcꝫ iam factus eſſet impator. Sꝫ non multo poſt iuſto dei iudicio cōtingit ipm̄ imperatorem in quandā infirmitatē labi ꝛ iacere p triduum ad inſtar mortui. Quo facto poſt triduū dicto ep̄o ꝛ clericis multis p̄ſentibꝰ circa feretrū dictus imperator reuixit ꝛ cepit loqui. Inter que verba primo ep̄m predictum ep̄atu de facto priuauit aſſerens ſe fere fuiſſe damnatum pp̄ illam mercationem dicens per totum illud triduū demones ſup ſe ignē p ipā fiſtulā ſufflaſſe. De quo igne dr̄ Job. xv. Ignis deuorabit tabernacula eorū q̄ libent munera accipiūt. Ecce quō ſymoniaci puniūtur eternalr. In cuius etiā ſignū xp̄s eiecit vendentes ꝛ ementes de templo Salomonis Mat. xxi. ꝛ Joā. ij. Dans p hoc intelligere ſymoniacos eijci eēdos i die iudicij de tēplo celeſti. Vñ de qlꝫ ſymoniaco pt̄ intelligi illđ Eſaie. xxvi. In terra ſanctorū iniq̄ geſſit: nō videbit gl'iā dei. Ne ergo priuemur tanta dei glīa: debemus ſummopere abſtinere a manu ſimōiaca

## ¶ Cap̄m. vi. de manu luſoria.

Confiteor tibi domine pater celi ꝛ terre quia peccaui nimis opere Mathei. vndecimo.

¶ Poſtq3 i p̄cedēti capit. dictū eſt de manu ſymoniaca q̄ mittit eos deijcit in abyſſum. Hic cōſir agendum



eſt de manu luſoria: q̄ merito ſequitur ad p̄cedētē manū ſimoniacorū: qr cōiter viri ſimoniaci ꝛ abūdantes bn̄ficijs ſiue p fas aut nefas vacāt ludis. De hac igr̄ manu poteſt intelligi illud Mich. ij. Cōtra dn̄m eſt manꝰ eorū. Et bn̄ dr̄ de manu ludētiū ꝙ eſt cōtra dn̄m qr interludēdū ad decios ꝛ chartas ſepe offendit dn̄s: vtpote p iuramenta ꝛ piuria ꝛ blaſphemias ꝛ execrabilia v̄ba per mendacia ꝛ ſimilia. In hac igitur manu luſoria ſunt quinq3 digiti qui poſſunt his noībus deſignari: vcꝫ

Permiſſionis
Prohibitionis
Offenſionis
Reſtitutionis
Punitionis.

¶ Primus igit digitꝰ manꝰ luſorie dr̄ p̄miſſiōis hoc eſt dicere ꝙ ſunt aliq̄ ludi p̄miſſi ad humanā recreationē. Interdū ei fatigant ꝛ debilitant vires hūani corpis etiā in bono ope. Propt qđ vt aliqua cōſolatiōe exteriori recreētur: ꝛ per cōñs roborentur ꝛ fortificentur in bono opere p̄miſſi ſunt aliqui ludi liciti q̄ ſunt inuēti ad alleuamē laboris: ad ſolamen honeſtatis ꝛ ad creationem vite humanalis. Nā vt dicit Augu. ij. muſice: decet ſapiētē iterdū remittere aciē a rebꝰ agendis intentā. Hec aūt remiſſio animi a rebus agendis fit p ludicra v̄ba ſic facta. Ex q̄ cōcluditur ꝙ ad ſapientē ꝛ virtuoſum pertinet interdum talibus ludis vti. Propter quod etiā ph̄s ponit virtutē eutrapelie que cōſiſtit circa ludos honeſtos: quas nos poſſumus appellare iocunditatē. Nam ꝛ talibus ludis interdū vacaſſe referuntur viri ſancti graues ꝛ ſapiētes. Et ad hoc ponit exemplū Caſſianus lib. viij. collationū patrū: de beato Johāne euangeliſta: qui cū aui in manu luſiſſe legitur. Similiter legit in vitaſpatrū ꝙ beatꝰ Anto. cuidam ruſtico obloquēti de quodā eremita eo ꝙ vacaret interdum ludo honeſto ait. Trahas arcum tuū ſemꝑ extentū. Cui ille. Non factū qr ſic cito deſtrueretur niſi qn̄q3 laxaretur. Sic inquit pater anto. Caro infirma humana non pōt ſemꝑ in eodē feruore ꝑmanere neq3 durare. Unde etiam ad hoc ponit exemplū Senec. libro de tranquillitate animi: de agris fertilibꝰ quos inquit cito exhauriret nūq̄ intermiſſa fecunditas Sic etiā hoīm labor aſſiduꝰ cito exhauriret ꝛ nimis fatigaret ſpiritū hūanū niſi aliqn̄ interueniret aliqua cōſolatio corporalis. Propter qđ ait poeta Cato. Interpone tuis: interdū gaudia curis: et qr labor aīe ſiue ſpūs q̄ cōſiſtit in cōtēplatiōe eſt magis fatigatiuꝰ ꝛ debilitatiuꝰ ꝑ quāto tūc homo magis a ſenſibilibus eleuatur q̄3 labor corpis in q̄ nō eſt talis eleuatio a ſenſibilibꝰ: hinc eſt ꝙ viri cōtēplatiui ꝛ litteris dediti maxime idigent talibꝰ ludis honeſtis ꝛ recreatiuis: vt ſic anima aliquā quietem capiat in tali delectatione. Et hoc eſt qđ ph̄s. iiij. ethicorū dicit ꝙ in huius vite cōuerſatione quedā requies cū ludo habetur. Ex quibꝰ oībus concluditur ꝙ oportet interdum aliquibus talibus ludis vti.

B ¶Notandum tñ conformi-
ter ad beatũ Tho. ij. ij. q. clxviij.
arti. ij. ꝙ circa huiuſmodi ludos
tria ſunt precipue cauenda.
¶Primũ ⁊ ꝑncipale eſt ꝙ ꝑdicta
delectatio nõ q̄rat in aliqbꝰ opa-
tionibꝰ vel ꝟbis turpibꝰ aut noci
uis. Nã vt dt Tulliꝰ lib. j. de offi
cijs. vnũ genꝰ iocãdi eſt illibera
le petulans flagitioſum obſcenũ
Qui ḡ vult verã eutrapeliã ex-
ercere: dʒ ꝓuidere ꝙ ludus ſuus
nõ ſit ꝯ dei honorẽ. Itẽ ꝙ nullus
īde merito ſcãdalizari poſſit aut
fama alicuiꝰ ledi. Ex quo ptʒ ꝙ il
li leues hoīes qui ī ludis ſuis ex
dictis nihil aliud intendunt nec
ponderant niſi vt alios reddere
faciant: nõ curantes ſi aliquẽ ꝑ di
cta ſua cõtriſtent vel ledant non
ſunt dicendi eutrapeli: ſed diſſo
luti ⁊ vitioſi. Sic enĩ eos nomi-
nat phus. iiij. ethico. Et de vno
q̄qꝫ taliũ loquit Salo. Prouerbi.
xxvj. dicẽs. Fraudulenter nocet
amico ſuo: ⁊ cum comprehenſus
fuerit dicet ludens feci.
¶Scðm cauendũ in hmõi ludis
eſſe ſupfluitas: ne ſcʒ nimis freq̄n
tentur aut ꝯtinuent: ſed tantũ tẽ
pore ⁊ loco. Taliter ḡ exerceant
ne totaliter aīe grauitas reſolua
tur. Unde Amb. j. de officijs. Ca
ueamꝰ ne dũ animũ relaxare vo
lumꝰ oẽm harmoniã ſoluamus.
quaſi concentũ quendã bonoꝝ
operũ. Et vt tullius dicit vbi ſu-
pra: ſicut pueris nõ oẽm ludendi
licẽtiam damꝰ: ſed eam q̄ ab ho-
neſtis actionibꝰ nõ ſit aliena: ſic
in ipſo ioco aliquid probi inge
niũ eluceat. Iſtud autẽ eſt ꝯ illos
qui toto die ludunt ad pillã ⁊ to
ta nocte ad ſcacos vel hmõi.
¶Tertiũ cauẽdũ in talibꝰ ludis
eſt ꝑſone indecentia. Nõ eñ om-
nibꝰ oīa decent: ſed aliqua aliqui
bus: ⁊ alia alijs. Nã ludi honeſti
ſunt inuenti ſcðm decentiã ſtatꝰ
vniuſcuiuſqꝫ. Ut pote puulis lu-
dus troci. Iuuenibus ludus pile
iactꝰ pali vel lapidis. Itẽ curſi-
tatio. Uiris ludꝰ ſcacoꝝ: q̄ qdem
ludꝰ etiã clericis nõ eſt īterdictꝰ
dũmõ ſecrete ludãt ꝑ vitãdo ſcã
dalo. Etas facerẽ puellas ſi di-
cerẽ illis licere choreas ducere.
Sʒ de hoc forte aliq̄d dicemꝰ in
preſenti cap. Aliꝰ ḡ ludꝰ ꝯuenit
clericis alius laicis: aliꝰ religio-
ſis: ⁊ clauſtralibꝰ: alius ſeculari-
bus: alius nobilibꝰ: alius ruſticis
⁊ ſimplicibꝰ. Alius prelatis: ali
ſubditis. Alius militibꝰ ⁊ armi-
geris. Alius agricolis. Alius ſe
nibꝰ. Alius iuuenibꝰ: Alius vi-
ris. Alius mulieribꝰ. Fingit eſo
pus fabulam de aſino ⁊ catulo: ꝙ
aſinꝰ cõſiderans catulũ ocioſum
mirabiliter gratũ ⁊ acceptũ dño
ſuo eo ꝙ quotiens dñs domũ re
dijt catulꝰ ei occurrebat: pedibꝰ
cauda: voce: ore: lingua ⁊ omni-
bus modis qbꝰ poterat illi ap
plaudens. Uiſum eſt ergo bonũ
aſino effigiare catulum: ⁊ ſic do-
mini ſui gratiã ꝓmereri. Dño ḡ
de rure redeunti occurrit aſinꝰ:
⁊ cum impetu pedes ſuos ante-
riores humeris illiꝰ alliſit ⁊ cla-
more valido rugire cepit. Domi
nus autẽ turbatus ⁊ leſus auxi-
liũ famuloꝝ ꝯuocat/ qui aſinũ va
lidiſſime fuſtigatũ cõfuſibiliter
a domino abegerunt. Ad propo
ſitũ: multi ſunt qui putant ꝙ eos



deceat oīs ludus: ⁊ tñ in rei veri
tate diſplicẽt vbi ſe putant placi
turos. Debet ḡ ludẽs cõſiderare
perſone ſue ꝯditionẽ: ſtatũ ⁊ ho-
neſtatẽ: vt nihil attendet qð eiꝫ
vel ſtatũ ſuũ non deceat. Ex quo
ptʒ ꝙ nullo modo decet clericos
ꝓuocationes vel meretrica: ge-
ſtu: habitu: vel loquela effigiare:
ne. ſ. hoīes ſuſpicent eos ī talibꝰ
delectari. Similiter diſſolute ſal
tationes eos nõ decẽt: ſicut neqꝫ
chorizationes. Et qð clericis dʒ
ſuo modo ab honeſtis puellis et
mulieribꝰ cauendũ eſt. Unde ta
lẽ honeſtatẽ bene ſeruauerat il-
la ꝟgo caſtiſſima dicta ſarra fi-
lia raguelis q̄ dicebat. Nunq̄ cũ
ludentibꝰ miſcui me: neqꝫ cũ his
qui ī leuitate ambulant partici-
pẽ me feci. Ptʒ ḡ ꝙ ídui debẽt cõ
gruo ſtatui: perſone: ſimiliter tẽ-
pori ⁊ loco: ⁊ ſic de alijs debitis
circũſtantijs. Quod ſi ſic fiat: lici
te excerceri poterũt. Propter qð
cõcludit. b. Tho. vbi. ſ. ꝙ circa
ludos põt eſſe aliq̄ ꝟtus moralis
quã phs eutrapeliã noīat. Et dr
ds eutrapelius a bona ꝯuerſatio
ne q: ſcʒ. ſcit bene cõuertere ali-
qua dicta vel facta in ſolatium
ſicut patet de homine faceto.
C ¶Secũdus digitus manꝰ lu
ceſſarij in policia humana. Et q̄ſ=
uis de aduocatis multa ſcripſeri
mus in magno roſario ſermone
de roſa aduocationis: nihilomi=
nus adhuc ſubeſt locus in pñti
q̄ aliq̄d ad increpationē maloꝝ
aduocatorum dicendum eſt.

N ¶ Notandum eſt ergo ꝙ in
hoc digito ꝯtra morem aliorū
digitorum ſunt plures articuli ſi
ue iuncture:cū tamen deberent
tantum eſſe duo tanq̄ in pollice.
Tot ergo iuncturas hꝫ iſte digi
tus quot literas habet iſte termi
nus aduocatus quarū q̄libet ſi=
gnificat ſpeciale pctm̄ qđ incipit
p hmōi literas ⁊ qđ reperit̄ fer=
me in omnibus aduocatis:quod
ſic patet. Nam ipſi ſunt.

Aliene ſubſtantie raptores
Dilationū multaꝝ ꝓcuratores
Vani et fallaces promiſſores
Odiorum et litium amatores
Cauſarū iniquarū ſuſceptores
Auidi ſalariū receptores
Traditionum peſſimarum fabri
catores
Veritatis agnite ſubuerſores
Salutis proprie neglectores.

O ¶ Primo igitur dico ꝙ aduo



cati ſaltē plurimi etiam vtriuſq̄
curie ſunt aliene ſubſtātie rapto=
res. Sugunt enim mel de petra
⁊ oleū de ſaxo duriſſimo. vbi p pe
tram intelligi poſſunt pauperes
agricole qui conculcantur a potē
tibus ⁊ diuitib⁹ multipl'r. Cumq̄
recurrunt ad aduocatos ⁊ conſi=
liarios pro conſilio habendo:ſta=
tim conſulunt vt ſe defendēt per
iuſtitiam. Sed huiuſmodi conſi=
lium non dant tā pro ipſorum op
preſſorū ſubleuamine ꝙ̄ propria
ꝯmoditate intendunt enī ꝙ tales
aſſumāt eos in patronos et aduo
catos in defenſione cauſe ſue. Qđ
cū factum fuerit ſugūt mel de pe
tra.i.attrahunt ad ſe modicū fru
ctū ⁊ paucos denarios acquiſitos
magno labore et ſudore corporis
dictorū agricolaꝝ. Ita vt tales ſo
liti ſint dicere quilibet pro ſe. Ha
beo vnū ꝓceſſum in aſſiſijs:vel in
ſuprema curia q̄ me totaliter come
dit. Nā quicq̄d poſſū lucrari: va
dit illic. Ecce quō dñi aduocati cō
ſiliarij ꝓcuratores: ⁊ ſil'es ſugūt
mel de petra. Inſuper ſugūt oleū
de ſaxo duriſſimo. Saxum eī du=
riſſimū ſignificat multos nobiles
⁊ diuites auaros vel etiam eccle
ſiaſticos bñficiatos. Tales eī fre=
quenter ſunt duriſſimi admodū
ſaxi ad pauperes ⁊ ad opera pie
tatis. Nihilominus ſi contingat
eos habere aliquam proceſſum ſi
ue in curia eccleſiaſtica ſiue ſecu
lari tunc domini aduocati bñ ſci
unt ſugere oleū d̄ ſaxo duriſſimo
.i.bona ſcuta et ducatos boni pō=
deris de marſupijs eorum. Tali
ergo oleo ſolent predicti vngere
manus aduocatorum et iuſtitie
miniſtrorum non audeo dicere ⁊
iudicum.

P ¶ Nota facetiam de quodam
ruſtico habente proceſſū in q̄dā
curia. Hic ergo cū vidiſſet multos
expeditos in pauco tempore. ⁊ ſe
quaſi obliuioni traditum:interro
gauit vnum ex illis quid nam fe=
ciſſet dominis officiarijs vnde tā
bonam expeditionē habere me
ruiſſet. Certe inquit ille ego vnxi
optime manus eorum. Fac ergo
ſil'r et ſilē expeditionē obtinebis
Ille ergo ī ſimplicitate ſua ambu
lans domū reuerſus accepta ſagi
na die ſequenti venit ad aduoca=
tū ſuū. Quē cū ſalutaſſet et man⁹
eius ad tergum verſas cōſperiſ=
ſet cepit optie eas vngere dicta
ſagina. Qđ aduocat⁹ ſentiēs inter
gat quid circa eum opatur. Ille
aūt fatet̄ veritatē dicēs ſic ſibi eē
conſultum pro meliori expeditio
ne ſue cauſe. Sed ꝓfecto talē vn
ctionē nō q̄rebat ille aduocat⁹ ſi=
cut neq̄ ceteri. Et breuiter tot of
ficiariorum habent pauperes in
iudicio cauſas habentes inunge=
re man⁹:ꝙ tandē nihil eis rema=
net niſi forſan pena eis et labor.
Et ideo ī hoc ſunt ſil'es pauperi=
bus ouib⁹ q̄ ſentientes ventum et
pluuiā illis aduerſari refugiūt q̄
ſi ꝓ remedio ad vmbrā ruborū ⁊
ſpinarū atq̄ ſepiū credētes ibi ha
bere ſuū refugiū. Sꝫ ꝓfecto nū
ꝙ̄ inde euadunt niſi relinquendo
aliq̄d de lana ſua:q̄a quilibꝫ rub⁹
p quē tranſeunt rapit gallice ſon
roq̄t de laine ſicq̄ pauperes oui=
cule denudant̄ propria veſte. Ita
in propoſito paupes agitati ven
to tribulationis quam patiuntur

ad opprimentibus eos: interdum
recurrunt ad aduocatos pro con
ſilio et ad officiarios regios pro
remedio quibus opus eſt aliquid
ſemper offerre pro captanda eo=
rum beniuolentia. Quo fit vt ſic
propria ſubſtantia interdum de=
nudentur: et tandem mendicare
compellentur. Iſte eſt finis pau=
perum in iudicio litigantium.

Q ¶ Secundo aduocati ſunt di
lationum multarū procuratores
Cum enim vident ꝙ cauſa quam
defendunt non bñ vadit: tunc ſo=
lent querere dilationes in grauā
men ipartis aduerſe: quā forte ſic
vexare ⁊ attediare volunt totum
relinquat et ſuus clientul⁹ victor
euadat. Quāuis eñ ipſi cauſā ſui
clientuli diligenter fouere habeāt
⁊ debeant de contingentibus eaꝫ
nihil omittendo: vt cauetur in iu
re canonico. iij. q. vij. infamis ⁊ ſi
militer i iure ciuili. C. de iudiciis.
l. ꝓperandum. Non tñ eis indul=
get vt partem aduerſam iniuſte
grauet. Quinimo de oi dāno ſic
ſcienter et malitioſe illato parti ad
uerſe tenet ad integrā et plenam
reſtitutionē ꝓut ōt trahi ex dictꝫ
b. Tho. ij. ij. q lxxi. ar. iij. Tandeꝫ
autem cū vident ſniam ꝯtra ſuum
clientulum dari: ſepe ꝓuocant eū
ad appellandū. Qui ſi de eorū cō
ſilio appellauerit ⁊ ꝑ ſuperiorem
appellatio iniuſta declarata fuerit
tenent ad intereſſe tā clientuli ſuiq
partis aduerſe. q᷑ q̄ occaſionē dā
ni dat. dānū dediſſe vr ex de iniu
riis et dāno dato ca. ſi culpa.

Debet ergo bonus iudex preſci
dere tales dilatiōes cautelo ſorū
aduocatorū prout pulchre ⁊ apte
inſinuat Ber. ad eugeniū de cō
ſideratione ita dicens. Nihil ita=
q; abſq; labore manifeſtam facit
veritatem vt breuis ⁊ pura nar=
ratio. Ergo illas quas ad te ne=
ceſſe erit intrare cauſas diligen=
ter ⁊ breuiter decidere aſſueſcas
fruſtratoriaſq; et venatorias pre
ſcide dilationes. Hec ille. Ex qui
bus verbis patet ꝙ aduocati et
procuratores querētes vanas di
lationes poſſunt vocari venato=
res. quia ſicut venatores venan=
tur beſtiam de rubo in rubum: ſic
⁊ cauteloſi aduocati trahunt cau
ſas de vna ſede in aliam: ⁊ hoc to
tum vt vexent partem aduerſaꝫ
et impediant cauſe conſummatio
nem ſcientes ſuos clientulos ius
in cauſa non habere.

R ¶ Tertio aduocati procurato
res iudices: et ſimiles iuſtitie mi
niſtri ſunt vani et fallaces ꝓmiſ
ſores. Sepe enim promittūt liti=
gantib⁹ breuem cauſe expeditio
nē. Sed illud breue ſepe in longū
protenditur in hoc tota lr contra
rie agentes ad dominū deū. Ipſe
enim dicit Ezechie. iiij. Diē ꝓ an
no dedi tibi. Ipſi vero econtra=
rio dāt annuꝫ pro die. Et interdū
annos multos pro diebus paucis
in quibus commode poterat cau
ſa decidi que per annos plures
trahitur et hoc totum ad ſuaꝫ vti
litatem. Si eñ cauſe de plano ter
minarentur: ſiue paucis dieb⁹ vt
frequenter fieri poſſet tales offi=
ciarij ⁊ cauſidici multum perde=
rent de practica ſua. Sed tales al
legātes excuſationes in peccatis
dicūt ꝙ oportet obſeruare ſolen
nitatēs iuris: ⁊ laudabiles cōſue



tudines curie que concedūt mul
tas dilationes reis ſiue defenſori=
bus quibus ſemper fauendum eſt
pluſquaꝫ actori ſiue petitori. Eſt
ita. neſcio tamen vbi adinuenert
moderni aduocati tot exceptio
nes ⁊ dilationes quia neq; in rubri
ca extra de dilationibus: neq;
in quocunq; alio paſſu iuris | aut
ſaltem oſtendant. Quinimmo ta=
les dilationes tam prolixe repro=
bantur per iura ciuilia: vt patet. C.
de iudiciis. l. properandum: vbi pre
cipitur lites cito terminari: ⁊ ne
fiant pene immortales: ⁊ vite ho=
minum excedant Unde ibi prefi=
gitur tempus in quo non nulle
cauſe terminari habēt: et hoc poſt
litem conteſtatem. Sic enim ibi
legitur. Cenſemus omnes lites ſu
ꝑ pecuniariis cauſis cōtecūq; quan
titatis exiſtēs non vltra trienniis
metas poſt litem conteſtatam eſſe
protrahendas. Ibi tamen excipi=
untur cauſe que pertinent ad ius
fiſcale vtpote quando eſt queſtio
de fundo fiſci: vel de tributis. Cau
ſe autem criminales minori tem=
pore debent terminari. ſ. infra bie
nium vt dicit predicta lex ꝓperan
dū Inſuper ibi. §. ſin autem vtraq;
taxatur pena pecuniaria aduerſ⁹
iudices contrarium facientes: que
eſt decem librarū auri quo ad ma
iores. Minores autēꝫ deponuntur
ab officio: et cum hoc taxantur ad
tres libras auri. Si vero facto vl
negligentia aduocati cauſa infra
triennium non terminetur: idem
aduocati puniuntur in duabus li=
bris auri: vt patet eadeꝫ. l §. illo ꝓ
culdubio.

S ¶ Quarto aduocati et iniqui
iuſtitie miniſtri ſunt odiorum: ⁊
litium amatores. Quemadmo=
dum eñ chirurgici et medici iux
ta vulgatum ſermonem non que
runt niſi apoſtemata ⁊ plagas: ſic
cauſidici et practici non querunt
niſi odia ⁊ lites quibus ſuſcitant
proceſſus inter partes quia alie=
num malū reputant ſuam vtilita
tem ⁊ profectum de quorum quiſ
poteſt recte intelligi illud Prouer
biorum. xvii. Semper iurgia q̄=
rit malus ſupple aduocatus cupi
dus vel aſtutus cliens: Si enīꝫ cō
tinguat aliquos contendere v̄bis
in audientia clientium: raro aut
nunquam laborabunt ad eorum
pacificationem: ſed ꝑmittunt eos
de verbis venire ad v̄bera ⁊ tūc
ponunt manus in eos ex parte re
gis inde reportaturi mercedem
laboris ſui. Non enim vellent ali
ter eueniſſe. Ecce quō iurgia q̄=
rit malus. Silr aduocatus cupi=
dus querit ꝙ hereditas ſit litigio
ſa: ſiue beneficium aut officiū: epi
ſcopatus: aut abbatia: ꝓorat⁹ aut
cura canōis aut capella: vt ſic ma
teria trahat ad iudicium: ⁊ litigā
tes faciant lucrari practicos ⁊ iu=
ſtitie miniſtros. Bene ergo dictū
eſt ꝙ iurgia querit malus: ſupple
ad uocatus procurator aut cauſi=
dicus. Sed nouerit quilibet talis
ꝙ non impune euadet. Nā vt ſub
ditur vbi ſupra angelus crudelis
id eſt diabolus vt exponit glo. in
terlinea. mittetur contra eum: ſcꝫ
in mortis articulo: vt trahat ipſi
us animam ad inferos. Uel mitte
tur contra eum in preſenti tempo
raliter aut corporaliter flagellan=
do: ſicut olīꝫ miſit dominus demo
nes executores ⁊ miniſtros iuſti
tie ſue contra egyptos iuxta illō

Pſalm̄. Miſit in eos iram indignationis ſue: iram et indignationem: et immiſſionem per angelos malos. Ecce finis ad quē venturi ſūt iniqui iuſticie miniſtri litiū ⁊ proceſſuum amatores.

T ¶ Ubi notandū q̄ tales freq̄nter tandem puniunt̄ in lingua in qua ſpecialiter delinquerunt male ⁊ falſe allegando. Ita vt nō poſſunt confiteri ſicut docent ſequentia exempla. Primum eſt de quodam aduocato infirmato ad mortē qui cū cito ad loquelam amiſiſſet: cū tamen adhuc non multum debilis eēt ide admirati aſſiſtētes eo mortuo os eius aperiētes: nullam linguam in ore eius inuenerunt. Secundū exēplū eſt de quodam alio aduocato qui propter excellentiam facundie ⁊ ſermonis in aduocādo dicebatur habere linguā aureā. Propter quod eo mortuo quidā fatu⁹ ſepulchrum eius aperuit: vt linguā eius aureā furaret̄. Et ecce non linguā eius ſꝫ buffonem in ore eius inuenit. Et hoc quidē iuſte: q: per que quis peccat per hec et torquetur: vt habetur Sapien̄. xj. Tertiū exēpluꝫ eſt de quodam alio aduocato qui cum infirmaretur ad mortem et moneretur ad confeſſionem pariter ad aliorum ſacramentorū ſolitorum ſuſceptionem appellauit a manifeſta iniuria quaſi diceret q̄ fiebat ſibi iniuria ſi confiteret̄. Sic etiam ſemper dicere conſueuerat quotiens aliquam cauſam perdebat. Hinc enim prius interrogauerat aſſiſtentes ſi iudicarent q̄ deberet confiteri et ſua ſacramenta ſuſcipere. Quibus reſpondentibus q̄ ſic: mox ſubintulit. Et ego appello a falſo veſtro iudicio. Quartū exemplū eſt de q̄dā alio aduocato ad cuius finē cū ego ipſe fuiſſem vocat⁹ vt ꝯſulerem ſue ſaluti: ⁊ pro mea uirtute ad hoc laborarē: aliud rñſum ab eo nō habui: preter hoc vulgare verbū: ſa: ſa: ſa: ſic freq̄ntiſſime repetitū: qđ idem valet ſicut da te latine. Credo enī q̄ predictū ꝟbū prius habuerat in vſu dum viueret loquens clientulis ſuis. Fuerat enī magn⁹ practicus: ita vt poſt eius obitū repta fuerint in theſauris ſuis milia auri ⁊ argenti. Preter has aūt penas mali aduocati ſic morientes puniūtur eternaliter ſicut ſequens declarat exemplū. Fertur enī q̄ q̄dam vidit nerone̅ in penis inferni aurū ⁊ argentū liquefactū bibentem que nimis in vita ſua dilexerat. Unde ⁊ quibuſdā demonibus deferentib⁹ animas aduocatorū ad penas illas eternas exclamauit dicens. Sinite hoc venale genus hominum venire ad me: vt et ipſi mecum bibant que nimis dilexerunt. Congrue ergo deſcribitur vita ⁊ mors taliū his verſibus. O vos iuridic. qui linguam venditis illi. Uos vocat infern⁹: vos reſpuit ordo ſupernus. Et ſic patet de quarto.

U ¶ Quinto aduocati ſunt cauſarum iniquarum ſuſceptores: proſecutores: ⁊ cōpoſitores. Ubi tria dicuntur in dedecus et infamiam malorū aduocatorum. Uerum per dei gratiam nō omnes ſunt tales. Et ideo non egre ferant qui boni ſunt: ſi deteguntur vitam malorū. Hoc enim fit vt tales a malis deſignēt ⁊ vt boni a talib⁹ ſibi caueant.



¶ Primo igit̄ aduocati mali ſunt iniquarū cauſarū ſuſceptores. Multi enim morbi inueniūt̄ adeo incurabiles q̄ null⁹ inuenitur medic⁹ aut chirurgic⁹ q̄ ſe iactet de remedio dādo aut q̄ illorū curam velit ſubire. Et ſimr̄ i operabilib⁹ ⁊ artificialibus aliqua ſunt adeo difficilia q̄ nullus vult ſe de talib⁹ itromittere. Sed vix nulla cauſa inuenit̄ adeo dſperata falſa et iniqua q̄ nō inueniat defenſorē dūmodo actor largus ſit in donis et non interdicatur a ſuperiori ꝑ ea aduocare. Unde noui quendam aduocatum in curia eccleſiaſtica: qui vulgo appellabatur aduocatus omnium materiarum ruinoſarū qui etiā ſepiſſime cadebat in cauſis quas ſuſcipiebat defendēdas propter quod vix ſibi committebatur aliqua bona materia. De eo ergo et quolibet ſibi ſimili poſſet dici illud pſalm̄. Dilexiſti omnia verba precipitationis lingua doloſa. Nec quidem impune ideo ſequitur. Propterea deus deſtruet te in finem ſcilicet in die mortis et iudicij generalis: deputando te ad eterna ſupplicia. Nec talis ſolum punitur in futuro verumetiam in preſenti frequenter et hoc dupliciter. Primo quidem per amiſſionem bonorum temporalium. Ideo ſequitur. Euellet te deus ſupple et emigrabit te id eſt emigrare faciet de tabernaculo tuo id eſt de habitatione et poſſeſſione tua iuxta illud propheticum verbum Eſaie. xxxiij. Ueh qui predaris nonne et tu ipſe predaberis. Secundo vero per ſubtractionem filiorum ſuorum. Unde ſubditur et radicem tuam id ē filios tuos euellet ſup. ꝑ mortē de terra viuentiū. Et nō q̄ dict⁹ pſal. Quid gl'iaris in malitia vſq₃ ad ꝓcedētia ꝟba pōt congruiſſime exponi ad ꝓpoſitū vt patꝫ diligenter intuēti. Omnes ergo aduocati ſciēter ſuſcipientes et defendentes iniuſtas cauſas mortaliter peccant ſecundum beatum Thomā ij. ij. q. lxxj. ar. iij. Cuius rationē aſſignat. di. Illicitum eſt cooperari alicui ad malum faciendum conſulendo adiuuādo vel aliter conſentiēdo quia vt dicit apoſtolus ad Romanos. j. Digni ſunt morte non ſolum qui faciunt ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Sed ſic eſt de aduocato qui ſcienter ſuſcipit curā iniuſte cauſe igitur peccat mortaliter. Inſuper tenetur ſcđm eundem doctorem ad reſtitutionem.

¶ Secundo mali aduocati ſunt iniquarum cauſarum proſecutores. Pro quo notādum ſcđm eundem beatum Tho. vbi. ſ. in ſol. ad ſecundum q̄ contingit quandoq₃ aduocatum in ꝑncipio credere cauſam iuſtam: quā tamen in proſecutione cognoſcit eſſe iniuſtam. Et in hoc caſu debet eam deſerere vel clientulū cuius cauſam agit ad cedendum inducere dicens ei aperte q̄ non habet ius ſiue ad componendum cum aduerſario ſine tamen eius damno. Non debet tamen eam eidem aduerſario prodere vt eum

iuuet. Nec ſimiliter debet ſecre=
ta ſue cauſe alteri parti reuelare
Hec beat⁹ Thomas. Sȝ ꝑfecto
multi aduocati totum cõtrariuȝ
faciunt. In pͥmis enȝ raro aut
nūꝗ̃ cãm ſemel inceptã deſerere
volũt ꝗ̃tūcunqȝ illis appareat in
iuſta ⁊ hoc faciunt ne videantur
imperiti. Aliȷ̃ autẽ inducunt ꝗ̃dẽ
clientulũ ſuũ ad cõponẽdũ cũ ad
uerſario ſed ſemꝑ cũ dãno illius
vtpote ꝙ det certã ſummam pe=
cunie ſiue aliam recompenſã vt
pote capellã ꝯ curã vł curã ꝯtra
ꝓbendam vel ꝓbendam cõtra ar
chidiaconatum vel archidiacõa
tũ ꝯ epiſcopatũ in materia bñfi=
ciali. Hec tñ ꝯpoſitio licite fieri
põt inter ꝯtendẽtes ꝗ̃diu iura ꝑ
tiũ ſunt obſcura. Non aũt vbi ap
te apparat veritas ⁊ ius ꝓ vna ꝑ
te. Sũt et aliȷ̃ q̃ iuxta vulgare ꝓ
uerbiũ accipiũt de eodẽ ſacco du
as mouturas vt ſunt illi q̃ more
participiȷ̃ partẽ capiunt a ſuo cliẽ
tulo ⁊ partem a ſuo aduerſario
ſiue vt reuelẽt ſecreta pũcta ſue
cauſe ſiue vt remiſſe ſe habeant
in ꝓſecutione illius ſiue vt indu
cãt eũ ad ꝯponẽdũ cũ ſentiũt opti
mũ ius habere. Sũt ⁊ aliȷ̃ abuſus
deceptiones ⁊ fallacie q̃s dñi ad
uocati nõ ignorãt. Propter quod
de oĩbus talib⁹ põt verificari il=
lud Eſa. i. Principes tui .i. aduo=
cati / procuratores / ⁊ cauſidici q̃
quaſi pͥncipes videntur in po=
pulo infideles ſupple ſunt agen
tes modis predictis: ſocii furum
Ac ſi aperte diceret ꝙ tales reci
pientes aliqͥd in caſibus predi=
ctis ſunt ſociȷ̃ furum per culpam
Unde ⁊ vulgus cõiter eos vocat
latrões. Et huius ratio aſſignat
cum ſubditur in Eſaya. ꝙ omnes
tales diligũt munera ſequũt retri
butiones Reſolutorie ẽ tenendũ
ẽ ꝙ ſi aduocatus ignorant ab in
itio iuſtã cãm ſuſceperit ꝗ̃ in ꝓ
ceſſu iniuſtã eẽ cognouerit tenet
eã oĩno deſerere vt ptȝ ex dictis
bti Thome. Q; ſi dicta ei⁹ nõ cõ
uicãt ꝓteruũ forte dicẽtẽ nõ vel
le eẽ thomiſtam in hac parte ſal
tẽ eũ ꝯuincere dñt iura ciuilia ita
diffinientia vt ptȝ. C. de iudiciȷ̃s.
l. rem non nouam.

¶ Tertio mali aduocati ſunt in=
iuſtarũ cauſarum compoſitores.
Poſtꝗ̃ enim multum vexauerũt
partem aduerſam iniuſte ⁊ ſcien
ter ⁊ vident ꝙ nõ poſſunt vlteri⁹
ꝓcedere ſiue retrocedere q̃runt
ꝯpunctuamentũ cũ parte aduer=
ſa ſiue cũ aduocato aut ꝓcurato
re illius dicẽtes ꝙ nõ oportet de
ſtruere clientulũ ſuũ forte ꝓmit
tẽtes vnũ bonũ potuȝ vini dicto
aduocato aut ꝓcuratori dũmõ ef
ficaciẽ inducat aduerſariũ ad gra=
tioſe ꝯponẽdũ. Q; ſi res ſortiaẽ
ſuũ effectũ tũc vterqȝ peccat ⁊ te
nẽtur ambo ſatiſfacere leſo de ſi
intereſſe. Hoc igitur attendant il
li qui predicto caſu retẽto procu
rant ꝙ reus tñ cõdẽnetur quan=
tum ad principale ⁊ ꝙ expẽſe va
dant vias ſuas ſic ſcȝ ꝙ qui plus
poſuit plus ꝑdidit. Certe confeſ
ſores taliũ corruptorũ aduocato
rum atqȝ ꝓcuratorũ debẽt mul=
tũ iſta ꝑponderare ⁊ viros doctos
cõſulere maxime vbi ſunt indo=
cti. Et tñ tales indoctos confeſſo
res q̃runt cõiter hmõi aduocati:
vt non faciãt eis magnã conſciẽ=



tiam ſuꝑ talibus abuſib⁹. Sȝ au=
diant vtriqȝ xp̃m Mat. xv. dicẽ=
tem ꝙ ſi cecus ceco ducatũ p̃ſtet
ambo in foueam cadunt.

x ¶ Sexto aduocati ſunt auidi
ſalariȷ̃ receptores. Uix ei vnꝗ̃ di
cũt ſufficit ⁊ in ſunt ſiles vſura=
riȷ̃s. Propter q̃d de iſtis duobus
pctis vcȝ aduocatoꝝ ⁊ vſurarioꝝ
p̃t itelligi illd̃ ꝓuer. xx. Sãgui=
ſuge due ſũt filie dicẽtes affer affer
Quis ei aduocat⁹ poſſit licite pe=
tere ſalariũ tãꝗ̃ mercedẽ ſui la=
boꝝ dicẽte Au. epła. liiȷ̃. ad Ma
cedoniũ ⁊ ſiłr recitaẽ i decre. xi.
q. iiȷ̃. non licet. Itẽ. xiiȷ̃. q. v. nõ ſa
ne ꝙ licet aduocato vendere iu=
ſtuȝ patrociniũ et iuriſperito ve
rum conſiliũ non tamen debẽt pe
tere immoderatũ ſalariũ. Sȝ di=
cunt ꝙ nihil exigunt ſed tñ acci
piũt ꝙ illis vltro offertur. Sȝ ta=
lẽ excuſationẽ i pctis ꝯfutat Au.
ad fratres in eremo. ſer. xxxv. q̃
intitulatur ad iudices vbi ſic ait
Ego dico vobis ꝙ tantum feci=
ſtis: quantum facere potuiſtis.
Non plus datũ fuit vobis iõ non
plus recepiſtis: quantum potui=
ſtis feciſtis; leues cauſas magnas
feciſtis vt plus reciperetis. Naȝ
etſi vt non rapuiſtis: ⁊ proximũ
in via nõ depredati fuiſtis latro
nes tamẽ eſſe poteſtis. De⁹ eñ
cor interrogat ⁊ non manum. Lu
pus enim frequẽter venit ab oui
le querens oues rapere: lacera=
re ⁊ deuorare. Interdum tamen
vigilant paſtores: latrant canes.
et ſic lupus timore percuſſus fu=
git. Nunquid tamen lupum non
eſſe dicimus. Abſit. Sic ⁊ vos
aduocati facitis quantum pote=
ſtis. Et ſi plura poſſetis plura vti
qȝ faceretis. Hec ille.

y ¶ Sed queri põt ꝗ̃tũ ſalarium
dandũ ſit aduocato ⁊ ſiłr ꝓcura=
tori. Rñdẽt ad hoc ꝙ ñ p̃t ſuꝑ hoc
dari certa regula ſȝ vt d̃t beatus
Tho. ii. ij. q. lxxi. ar. iii. ſuꝑ hoc dȝ
haberi reſpect⁹ ad q̃ttuor. Primo
q̃dẽ ad q̃litatẽ cauſe ſi leuis vel
grauis. Scd̃o vero ad laborẽ ad
uocationis ſiue aduocati vt puta
quia neceſſe hȝ laborarẽ die ac no
cte in reuoluendo libros ſtuden
dendo et forte diſputãdo cũ aliȷ̃s
ꝑitis. Alias ſi ſine labore poſſet
reſpondere conſiliũ ab eo petẽti=
bus dicunt aliqui ꝙ nihil dȝ reci
pere ſed grã ꝯſiliuȝ dare. Sȝ ho=
ſtien. modificat hãc opinionẽ. di.
hoc eſſe intelligẽdũ quãdo petẽs
ꝯſilium eſt pauper. Si vero di=
ues eſt non ſolum aduocatus po
teſt aliquid ab eo recipere verum
etiam exigere. Sed dicunt multi
ruſtici ꝙ aduocatus non laborat
in cauſis eorum. Quibus reſpon
detur ꝙ ſufficit ꝙ tũc laboret mo
dis predictis aut ꝙ prius labora
uerit ſtudendo ⁊ diſcendo. Ter=
tio debet habere reſpect⁹ ad ſciẽ
tiam ⁊ facundiam aduocãtis pu
ta quia grauis perſona. Quar=
to ad conſuetudinem regionis ſi
ue patrie. Deinde ſubdit idem
beatus Thomas / vbi ſupra di=
cens ꝙ ſi aduocati per improbi=
tatem aliquid immoderate ex=
torqueant peccant contra iuſti=
tiam. Concluditur ergo ꝙ penes
conſiderationem quattuor predi
ctorum poteſt maius et minus ſa
larium taxari aduocato.

A A ¶ Septimo aduocati ſũt

traditionũ ſiue ꝑditionũ iniqua
rum fabricatores. Tum pͥmo qꝛ
dant intelligere cliẽtulis ſuis ꝙ
cã eoꝝ ẽ bona iuſta ꝛ defẽſabilis
cũ tñ aperte illi ↄſtet frequenter de
oppoſito. Et tunc ſi clientuli ſuc=
cũbãt de cauſa ꝓut iuſtũ ẽ illi te
nentur ad omne intereſſe ipſoꝝ
Secus aũt ſi ipſi clientuli cogno
ſcerent de cauſa ꝙ eẽt iniuſta ꝗ̃ tñ
malitioſe voluerũt defẽdere ſicut
patet de proteruientibus ꝛ obſti
natis ſi autem ipſi aduocati cre=
debant per ignorantiã notabilẽ
de cauſa iniuſta ꝙ eſſet iuſta tunc
peccãt mortalr̃. Qđ ſi obtinẽt vi
ctoriam cauſe tenentur ad ſatiſ=
faciẽdũ parti leſe. Tũ ſcđo quia
qñq3 manifeſtãt ſecreta cauſe cli
ẽtuli ſui parti aduerſe vt ſic eam
faciãt ꝛ pͥmuniãt qꝛ forte hac occa
ſione munera ſuſceperũt. Qđ qdẽ
factum ad maximam pertinet ꝑ
ditionem. Tum tertio quia quã
doq3 ſciẽter iuuãt ſe falſis inſtru
mentis ſepe falſo leges vel alias
iuris aut facti ꝓbationes idućũt
Itẽ interdum falſos ꝛ corruptos
teſtes ꝓducunt. Propter q̃ mala
poteſt de talib9 malis aduocatis
verificari illud Job xiij. Uos eſtis
fabricatores mẽdacij: ꝛ cultores
peruerſorum dogmatum.

BB ¶ Octauo aduocati ſũt veri
tatis agnite ſubuerſores. Nõ ei
timent iniuriã dei ꝛ dãnũ ꝓximi ꝯ̃
ꝓpriã ↄſcientiã a gentes ipugna=
re ꝛ ꝗ̃tũ in eis eſt ſubuertere ve
ritatem agnitam modis prius
imediate dictis. Nõ etiã timent
in plena audientia multa iniqua
et falſa allegare in ſcãdalum par
tis aduerſe nunc aperte nũc ſub
quadam palliatione nũc per an=
tiphraſim id eſt per contrariũ ſẽ
ſuꝫ loquentes ne forte arguãt de
iniuria. Et breuiter deficiet mihi
tẽp9 oẽ ſi eoꝝ defectus dolos fal
lacias fraudes calliditates ꝛ aſtu
tias quibus illud hominum ge=
nus implicari ſolet enumerare
voluero.

CC ¶ Nono aduocati ꝓprie ſa
lutis neglectores. Nã adeo ſunt
imerſi curis terrenis ꝛ ↄmodita
tib9 tẽpalib9 ꝙ nõ vacat eis cogita
re de his q̃ dei ſunt. Quibus etiã
vr̃ loqui ſaluator Mat. vj. dicens
Non poteſtis deo ſeruire ꝛ mã=
mone .i. diuitijs congregandis.
Occupantur eñi i ſuis aduocatio
nib9 dieb9 feriatis ꝛ nõ feriatis
feriatis qdem i reuiſitãdis ſibi
ↄmiſſis ꝓceſſibus ſiue in dandis
ↄſilijs ſuꝑuenientib9. Uñ talibus
dieb9 maxie ſolent fieri ↄſultatio
nes ſuper arduis cauſis. Et ideo
nõ mirum ſi tales ꝑſone male fre
quentant diuina ꝛ ſermões. Non
feriatis aũt dieb9 cõmuniter ma
ne ſurgunt ante lucem ꝛ vadunt
ad ſedes ꝛ curias i qb9 aduocare
ſolẽt ſicut maxime apparet i ſuꝑ
mis curijs parlamentorum. Itẽ
de illis qui currũt ad ſedes ſubal
ternas que celebrare ſolẽt in vil=
lagijs ꝛ campeſtrib9 locis ita vt
nõ ſit dies in qua hoc vel illo mo
do non occupentur circa ſibi cre
ditos proceſſus adeo ꝙ vix dant
quartulũ hore in his que dei ſunt.
Cũ tamen dicat ſaluator Math.
vj. Querite primũ regnũ dei ꝛ iu
ſtitiã eius. Ecce quomodo tales
aduocati ſũt ꝓprie ſalutis negle



ctores. ꝛ hoc etiam perſuadere
poſſumus diſcurrendo ſtatus et
etates eorũ. Primus eñi eorũ ſta
tus eſt iuuentus et tunc commu
niter ſunt pauperes. Propter qđ
interdũ ꝓtrahũt noctes in ſcribẽ
dis ſibi cõmiſſis codicibus ꝛ pro
ceſſibus vt ſic poſſint inopem de=
fẽdere vitam. Qñq3 etiã famulã
tur aliqbus officiarijs vt poſſint
exercitari in ſtilo et ſubtilitatib9
curie ſub quibus etiam offi cia=
rijs ꝛ magiſtris multam patiunt
penuriã. Q̃ ſi ſint potẽtes inter
dum pergunt ad ſtudia in quib9
legunt leges ꝛ tunc ſi ſint debiti
litteris in ſudore vult9 ſui veſcũ
tur pane ſuo. Poſt hec forſã creã
tur aduocati et tunc oportet eos
eſſe diligentes ꝛ laborioſos i cau
ſis atq3 officijs ſibi cõmiſſis tum
vt nomen grãde ſibi acquirãt tũ
vt viuant. Poſtmodum ducũt ſpõ
ſam: et tũc oportet eos tenere ſta
tũ ꝛ domũ: qđ non fit abſq3 graui
ſollicitudine. Qđ ſi proles multi=
plicentur: multiplicantur pariter
ꝛ ſollicitudines. Qđ ſi vacet offi=
cium iudicature vel prepoſiture
aut hmõi exponunt ſe ſuos ꝛ ſua
vt illud adipiſci valeant ꝛ ſic gra
datim quantum poſſunt aſcendẽ
tes vt magni fiant. Cumq3 vide=
rit ſe in altũ poſitos efficiunt lupi
rapaces ꝑ auaritiã ꝛ cupiditatem
vt poſſint altũ tenere ſtatũ: ꝛ ꝓleſ
in immenſuꝫ ditare. Difficillimũ
ergo eſt vt tales poſſint ſue ſalu=
ti quãtũ expedit conſulere. inter
tamen multos nõnulli ſunt ꝗ̃uis
pauci: vnam partem tꝑis dãtes
deo: alterã mundo ita vt eorũ re=
ligioſa vita confundat vitaꝫ mul
torũ eccl'iaſticoꝝ atq3 religioſoꝝ.
Et hi de nũero electoꝝ eẽ nõ du
bitant. Ptꝫ ꝗ̃ diffuſe de vitijs ma
loꝝ aduocatoꝝ iuxta nũerũ ꝛ or
dinẽ lraꝝ hui9 nominiſ aduocat9.

¶ Capitulum octauum de manu
leproſa luxurie.

Onfiteor tibi dñe
pater celi ꝛ terre
qꝛ peccaui nimis
ope. Mat. xj. Poſt
ꝗ̃ in ꝓcedenti ca
pitulo tractãdũ ẽ
diffuſe de alta manu iuſtitie: hic
cõſequẽter tractãdum eſt de ma
nu leproſa luxurie q̃ congrue ſeq
tur nõ ſolũ põt ꝓcedentem manũ
verũetiã poſt ceteras ꝓcedentes
eo ꝙ ferme īficit omnẽ ſtatũ ꝓpt
ſui gñalitatẽ iuxta illud pſ. Cor=
rupti ſunt ꝛ abhominabiles facti
ſunt i ſtudijs ſuis glo. inter. i. affe
ctionibus nõ ẽ q̃ faciat bonũ ſup.
caſtitatẽ nõ ẽ vſq3 ad vnũ. i. nec
vnus hoc aũt dicit propter pauci
tatem qꝛ valde pauci ſũt caſti ſal
tẽ mẽte ita vt merito hodie dicere
poſſumus illud Gene. vj. Corru=
pta eſt terra coram domino ꝛ re=
pleta eſt iniquitate ſupple luxu=
rie. De hac autem manu leproſa
luxurie poteſt intelligi figurali=
ter id quod ad litterã dicitur de
Moyſe Exodi quarto: ſcilicet ꝙ
cum miſiſſet manum ſuam in ſi=
num ſuum poſtea protulit eam le
proſam inſtar niuis. In hac igi=
tur manu leproſa luxurie ſunt q̃n
que digiti id eſt quinque ſpecies
omiſſo peccato contra naturam:
de quo propter ſui horrorem vix
audeo loqui. Unde neq3 de ip=
ſo loqui intendo ne offendam

pias aures. Tum etiam qꝛ apud
alios per dei gratiā | quaſi incognitū
eſt hoc vitiū. Predicti igitꝰ
digiti manus leproſe ſunt.

Fornicatio
Adulterium
Stuprum
Inceſtus
Sacrilegium.

A ¶ Primꝰ igitꝰ digitus dicte manus
leproſe, luxurie dicitꝰ fornicatio
ſimplex: que eſt habitatio carnalis
ſoluti cū ſoluta. In hoc autem
digito ſunt tres iuncture ſeu
articuli qui poſſunt his nominibꝰ
appellari: vcꝫ.

Generationis
Abominationis
Punitionis.

B ¶ Primꝰ igitꝰ articulꝰ digiti fornicatiōis
dꝛ gnātiōis. Circa qꝫ notandū
qꝫ ipa peſſima fornicatio tā
ꝙ̄ filia fetidiſſima ⁊ ipudiciſſima
gnātꝛ ex viliſſimis parentibus.

¶ Naꝫ pꝛ eius vocatꝛ vēt. Tunc
ēt iſte pꝛ eā generat poſtꝙ̄ fuerit
abundāter ſatiatꝰ cibis delicatis
⁊ potibꝰ ꝓcioſis. Qꝛ vt dꝛ hie. i.
pte epiſtolaꝝ ſuaꝝ eplā. vi. c. xxxvii.
eſꝰ carniūꝛ potꝰ vini carniſqꝫ
ſaturitas ſemiariū ē libidinꝫ. Et
ꝑ ꝯtrariū vt dicit Terētius ſine
cerere et baccho friget venꝰ. Dicit
etiam ibidem hieroñ. et recitatur
in decre. di. xxxv. venter qꝫ
vēter mero eſtuans cito ſpumat
in libidinē. Unde quidam poeta
dicit qꝫ caro videtur loqui ⁊ dicere
in hunc modum. Si bene fuero
paſta: non ero caſta. Propter
qꝫ apo. Ephe. v. nos admonet dicens.
Nolite inebriari vino i quo
eſt luxuria. Patet ergo quis ſit
pater luxurie.

¶ Mater vero eiꝰ dicitur quies
Cū eñi quis ſuꝑflue quieſcit i lecto
ſiue cum nimis diligēter q̄rit
⁊ ꝓcurat quietē corporis ſui ſtatim
ſentit carnis ſtimulos inſurgere
vt de facili ꝓueniat ad opꝰ
nephādū. In cuiꝰ rei teſtimoniū
legitꝰ de Dauid. ii. reg. xi. qꝫ cū q̄dā
die ſurgeret de ſtatu ſuo poſt
meridiē ⁊ deābularet i ſolario domus
regis vidit mulierē ſe lauātē
ex aduerſo cum q̄ tādē dormiuit.
Et iō bñ nos admonet Apoſto.
Ro. xiii. dicēs. Nō in cubilibꝰ
⁊ impudicitiis ſupple ambulauerimꝰ.
Et notaqꝫ premittit cubilia
impudicitiis qꝛ nimis quieſcēdo
in lecto homo incidit in laſciuias
et impudicitias luxurie iuxta illud
poete Catonis. Nam diuturna
quies vitiis alimēta miniſtrat

¶ Auus autem fornicationis appellatur
ocium. Unde inter cauſas
iniquitatis ſodome ocium reputatꝛ
vna Ezechi. xvi. Et in pſ.
In labore hominum nō ſūt ſupple
carnales viri: ecce ocium ideo ſequitꝛ.
Prodiit quaſi ex adipe iniq̄tas
eorum. Ecce luxuria.
Ideo ſubditur. Tranſierunt in affectuꝫ
cordis Quaſi diceret qꝫ homines
ocioſi primo tranſierunt
affectum cordis: praua, deſideria:
deinde trāſierunt in affectū opis
quia prodiit quaſi ex adipe iniquitas
eorum. Bñ ḡ loquitur poeta
Ouidius libro de remedio amoris:
cum inquit. Ocia ſi tollas periere
libidinis artes: id eſt arma.

¶ Auia vero ipſius fornicationis
appellatur familiaritas. Cum
enim quis incipit habere nimiaꝫ



familiaritatē cū muliere: ⁊ ſignāter
iuuene: ſic de facili ruit i oſcula
amplexꝰ illiꝰ ⁊ tandē in opꝰ
nephariū. Prouer. vi. Nunquid
pōt hō abſcondere igneꝫ in ſinu
ſuo vt veſtimenta ſua nō ardeāt
⁊ ambulare ſuꝑ prunas ⁊ non cōburantꝛ
plante eiꝰ. Sic qui igreditꝛ
ad vxorē ꝓximi ſui. ſ. per nimiā
familiaritatē: nō erit mundꝰ
ſupple ab opere malo cū tetigerit
eā. Qꝛ ex tactu ipudico quod
eſt inuitatoriū ad luxuriā: facile
opportunitate ꝓuenitꝛ ad cōſummationē
opis. Et ſic exponit de
Lyra illud verbum Eccleſia. xlii.
Melior eſt iniq̄tas viri ꝙ̄ mulierū
benefaciēs. i. ꝯuerſatio cū malo
viro eſtꝛ minꝰ ꝑiculoſa ꝙ̄ cōuerſatio
familiaris: cū muliere quantumcunqꝫ
bona: pudica ⁊ caſta.
Sūmopere ḡ debent viri vitare
familiaritates alienarū mulierū:
qꝛ ꝙ̄ periculoſa ſit talis familiaris
cōuerſatio bene oſtēdit hieronỹ.
iii. parte epiſtolarū ſuaruꝫ
epiſtola. viii. vbi ſcribit ad oceanum
de vita clericorum in hunc
moduꝫ dicēs. Cū ꝓximat ſtipula
incendit ignē: flāmigero igne
ꝑcutit femina cōſcientiā viri pariter
habitantis: exuritqꝫ montiū
fundamenta. i. deiicit viros magnos
⁊ ſanctos. Ego inquit dico
tibi. Si cum viris femine cohabitent:
non deerit viſcariū diariū
diaboli. Ferreas mentes libido
domat. Mihi crede non pōt toto
corde cum domino habitare: qui
feminarum acceſſibꝰ copulatur.
Deinde ſubdit qꝫ bonus honor
eſt in eccleſia ſi a conſortio virorum
femine ſint longe. Hec ille.

Patet ergo de parentibus propinquis
et remotis ipſius filie fornicationis.

¶ Scdꝰs articulus digiti fornicationis
inter eñ vitia illa q̄ carnalia
ſunt maxime abominabilia: ꝓdicatur
⁊ adhuc precipue fornicatio.
Cuius abominatio magna ē
coram tribus: vcꝫ coram.

Deo
Angelis
Hominibus

C ¶ Primo quidem coram deo
Conſtat enim qꝫ oēs res abhominantꝛ
ſuū cōtrariū. Cum igitꝛ deus
ſit mūdiſſimꝰ ⁊ ex mūdiſſima matre
natus: conſequēs eſt dicere qꝫ
oēm immunditiam carnis vilipēdat
atqꝫ oēs hoīes fornicarios et
immundos contemnat. Nā intantuꝫ
vꝛ deus abominari hoc vitiuꝫ
qꝫ non dignatur corrigere delinquētes
in preſenti. ſed dimittit eos ſecūdum
deſideria cordis ſui: vt vadant
i adinuentionibus ſuis. Et huius
rō eſt tales reſeruat puniēdos
in futuro. ſ. in inferno vnde Oſee
iiii. loquitur dominꝰ dicēs. Nō viſitabo
ſuper filias veſtras cuꝫ fuerint
fornicate non viſitabo inquā
i pñti ſed bñ i futuro. Quia vt habetꝛ
heb. xiii. Fornicatores ⁊ adulteros
iudicabit deꝰ. ſ. eos deputādo
ad eterna ſupplicia. Et ideo ſalubriter
cōſulit apoſt. Ephe. v. cū
ait. Fornicatio ⁊ omnis immundicia
non nominetur in vobis.

¶ Scdꝰo abominatio fornicationis
magna eſt corā angelis ſanctꝭ
Cum enim ipſi ſint omnino ſpirituales
⁊ mundi valde abominantꝛ
fetidiſſimam fornicationeꝫ i
hominibus quorum curam ge-

runt ex dei ordinatione. Da ex=
emplū de leproſo quē ſani abhor
rent. Da etiā exemplū de ſeruo
qui facit imunditiā ſuā: corā dño
ſuo. Quod quidē nephandū fa=
ctū nō immerito abominatur dñs
ei⁹. Sic eſt aūt ꝙ angeli dei ſunt
dñi noſtri ratione begnitatis: qui
tñ voluntati diuine obtemperā=
tes nō dedignāt noſtrarū anima
rū eſſe cuſtodes. Hi ḡ valde offen
duntur ab his q̄ in eorū ꝯſpectu
fornicari non verent. Cū tamen
dicat deuot⁹ Ber. ſer. xij: ſup pſ.
qui habitat exponendo illū ver=
ſuz. Angelis ſuis ⁊c. In quouis
angulo reuerentiā exhibe ange
lo tuo. Tu ne audeas illo preſen
te quo me vidēte nō auderes. vñ
ad propoſitū legit ꝙ angelus dñi
in forma humana cuidā apparēs
⁊ cū eo pariter incedēs: nares ob
turauit ad p̄ſentiā fornicatoris q̄
illi obuius fuit: nō aūt ad preſen
tiā cadaueris. Ecce quō feda lu=
xuria fetet coraz angelis bonis.
¶ Tertio abominatio fornicatio
nis magna eſt corā viris caſtis
pudicis: ⁊ mūdis. Tales em̄ non
ſolū horrent factum verumetiā
verba que interdum de tali pec=
cato ab immundis ⁊ nephandis
perſonis dicūtur. Propter quod
Apoſto. Epheſi. v. nos admonet
de hoc non loqui: cum ait. Forni
catio aut immunditia. i. quecūꝗ
alia ſpecies luxurie non nomine
tur in vobis. Nam nullum pec=
catum eſt quod tantum abomi=
netur perſone honeſte ſicut pec=
catum carnis: adeoꝗ ꝙ non ſolū
vitant fornicatorum ſocietatem:
verumetiam de talibus vix poſ=
ſunt audire loqui: et ſignāter quā
do tales ſunt inueterati in immū
ditia ſua: ſicut patet de apertis con
cubinariis. Nec quidem immeri
to: q̄ tales ſunt tanꝗ porci vel iu
menta putreſcentia in fecibus ſu
is. Unde. Greg. li. xxxiij. mora. c.
viij. exponens illud Johelis. j.
Computruerunt iumenta in ſter=
core ſuo dicit ꝙ iumenta i ſterco
re ſuo computreſcere eſt: carna=
les homines in fetore luxurie ſuā
vitā finire. Ecce quō abominatio
fornicatorū magna ē corā deo an
gelis ⁊ hominibus iuſtis.
¶ Scd̄s articulus predicti digi=
ti fornicationis dicitur punitiōis
Pro quo notandum ꝙ iſtō pctm̄
punitur tripliciter: videlicet
Spiritualiter
Corporaliter
Eternaliter.
D ¶ Primo quidez ſpiritualiter
et hoc per ſubſtractionem gratie
et gratuitorum dei donorū. Et de
primo q̄dem dicit dñs Geñ. vj.
Nō ꝑmanebit ſpiritus me⁹ in ho
mine ineternuz: q̄ caro eſt. In cu
cui⁹ figura legitur vbi. ſ. c. viij.
ꝙ columba emiſſa de archa nolu
it requieſcere ſuper cadauera mor
tuorū ſicut coru⁹: ꝑꝑ qd̄ ad archā
reuerſa eſt. Applicatio ē facilis.
E ¶ De ſecundo legitur in dia
logo Gregorij. libro. iij. ꝙ cū vuā
dali fidez catholicaz impugnarēt
in africa: illiſ viriliter reſtiterūt
quidā venerabiles ſenes epi. Pro
pter quod tandē illis manib⁹ eo=
rū veniētib⁹ linguas ab eis peni
tus abſciderunt. Mira res inq̄t
Grego. Nam poſt talem abciſſio=
nem ita deſerte loquebantur pro
defenſiōe fidei catholice ſine lin
gua ſicut prius cum lingua. Ue=
rum cum vnus ex ipſis in luxu=
riam lapſus fuiſſet: mox priuatus
eſt dono miraculi. Hec Grego.
¶ Secundo fornicatio punit cor
poralit: q̄ vt dicit apoſt. j. Cor.
vj. Qui fornicat in corp⁹ ſuū pec
cat. Sup quo dicit glo. ord. ꝙ nul
lum aliud pctm̄ ita dehoneſtat
aut coinquinat corp⁹ ſicut iſtud
Hoc em̄ videre eſt i multis egri
tudinib⁹ q̄ꝫ etiā incurabilib⁹.
Et que etiā parēt ad oculū q̄ in=
currūt ꝑ hoc vitiū. Propter qd̄ di
cit apo. gal. v. ꝙ manifeſta ſunt
opera carnis. Manifeſta inquā
in effectu quē derelinquūt: ſicut
ſequens declarat exemplum.
F ¶ Refert em̄ Petr⁹ Damia=
nus in quodā ſermone de quodā
ſacerdote bñuentane ciuitatis q̄
capellan⁹ erat: p̄ncipis eiuſdē ci=
uitatis. Hic ergo tāte ſanctitatis
erat: vt quotiēs miſſam celebra
ret: angelus dñi ex cōſuetudine
veniebat ⁊ vidente ipſo p̄ncipe
ſacramentū dñici corporis ex ma
nibus offerētis aſſumebat. Sed
tandē miſer ſacerdos in actū car
nis lapſus eſt. Cum ḡ tēpus pa=
gēdi ſacri miſterij aduenitſſet ad
altare acceſſit totus tñ tremebū=
dus. Ad quē more ſolito angel⁹
acceſſit ⁊ inſpectāte p̄ncipe ſpon
giā infectā aqua ſup caput illius
expreſſit. Quo viſo p̄nceps admi
rat⁹ obſtupuit pbr̄m ſecrete con
uenit. Qui recognouit ſe illa no
cte in luxuriam ſe cecidiſſe.
¶ Tertio fornicatio punit eter=
naliter ſicut ⁊ quodlibet morta=
le pctm̄. Unde dr̄ Apoca. xxj. ꝙ
pars fornicatorū erit i ſtagno ar
denti igne et ſulphure quod eſt
mors ſecunda. Dicit etiaz Apo=
ſtolus. heb. xiij. ꝙ fornicatores ⁊
adulteros iudicabit deus. Item
Ephe. vj. dicit ꝙ fornicatores et
immundi nō habent partem in re=
gno chriſti ⁊ dei.
G ¶ Ad̄ ſatis ad ꝓpoſitū refert
terribilem exemplū beatus Cy
rillus epūs hieroſolymitanus in
epiſtola ad Auguſtinū de obitu
beati Hierony. dicens ꝙ in ciuit=
tate Candia contigit corpus cu
iuſdā ſacerdotis fornicari intra
eccliaz honorifice ſepeliri. Sz no
cte ſeq̄nti tāt⁹ ſtrepit⁹ audit⁹ eſt
intra dictaz eccleſiā ꝙ omnes in
habitātes ipſam ciuitatē nimio
terrore excitati ad eccleſiam cō
currerent. Stabāt igitur omnes
circa eccleſiam audiētes ſtrepi=
tus vehemētes atꝗ cāpanarum
ſonit⁹. Facto autē diluculo cun
cta q̄ fuerant in eccleſia reperiū
tur reuoluta ⁊ reuerſa: ⁊ q̄ii vn=
diꝗ flāmis ignituz violata. Quo
viſo pōtifex loci illi⁹ ieiuniū ⁊ oro
nē indicit ꝑplo vt dignaret dñs
indicare hui⁹ ꝓdigij cauſam no
cte tñ ſeq̄nti maior ꝗ prima: ſtre
pit⁹ ibi audit⁹ eſt. Sed mane fa=
cto oībus i eccleſia ꝯgregātis orā
di grā ⁊ glioſ⁹ hiero. ſepties ſplē
didior ſole ſubito i eccleſiā veni=
ens ad altare gradiens cunctis
vidētib⁹ ⁊ mirātib⁹ ꝑ horā forte
ſub ſilentio manens obſtupenti
ꝑplo intimauit predictū ſtrepitū
cōtigiſſe propē p̄dicti ſacerdotis
miſerabilis cadauer putridū in=
digne ſacris locis cōditū ad ter=
rorem ꝯcubinariorū ⁊ luxurio=

ſorū: mādans epo vt dictū cada=
uer miſerū poſt gnalē oīm reſur
rectionē tartareis manſionibus
deputandū de ſepulchro extrahi
faceret ⁊ ꝯtinuo flāmis ꝯcremā
dū traderet. Alioquin peſtilētia
q̄ iā ciuitatē inuadere cepat non
ceſſaret. Factū eſt ḡ vt glo. ſ⁹ hic
roñ. iuſſerat ⁊ ſic peſtis ceſſauit
hec vbi. ſ. Et certe hoc exēpluꝫ
tā autēticū deberet merito terre
re miſeros fornicarios ⁊ ꝯcubi=
narios clericos qb⁹ reſeruat dñs
inaudita. ⁊ importabilia atqꝫ in
excogitabilia tormēta in alio ſe
culo niſi cito penitentiā egerint
⁊ a fornicatione ſua ceſſauerint.
et ſic patet de primo digito.

¶ Scōs digit⁹ man⁹ leproſe lu=
xurie dr adulteriū. eſt autē adul
teriū ſcōm bea. Tho. ij. ij. q. cliiij.
ar. viij. acceſſ⁹ ad alienū thorū ſi=
cut ipm nomen ſonat. vel adulte
rium ſcōm dños canoniſtas eſt
vbi celebrati cōiugij iura temerā
tur ſiue violantꝰ: ptꝫ. xxxij. q. iiij. ne
mo Gelaſius aūt papa ꝑut reci
tatꝰ. xxxvi. q. i. lex dicit ꝙ adulte
rium eſt alieni thori violatio. vn
de inqt adulteriū: dicitꝰ quaſi ad
alteri⁹ thorū acceſſio: in hoc igitꝰ
digito ſunt tres iuncture ſiue ar
ticuli: ⁊ hi ſunt
Culpabilitatis
Fugibilitatis.
Punibilitatis

h ¶ Primus igitꝰ articulus hu
ius digiti vocatur culpabilitatis
Eſt enī hoc pctm̄ valde graue et
maxime culpe ſeu offenſe. hoc
autem probant tria: ſcꝫ
Scriptura
Bruta
Scandala.

¶ Primo igitꝰ grauitas adulterij
ꝓbatꝰ ⁊ oſtenditꝰ ex pte ſcripture
Omnis enī ſcriptura ⁊ omīs lex
ipſum reprobat ⁊ condēnat.

I ¶ Prio q̄dē ſcptura tā ſacra
veteris q̄ꝫ noui teſtamēti. Et q̄deꝫ
q̄tū ad vetus teſtamētū ſcribit.
Exo. xx. Nō deſiderabis vxorē
ꝓximi tui: ſilr Deutꝰ. xxvij. Loq̄=
tur dñs dicēs. Maledictus q̄ dor
mit cū vxore ꝓximi ſui. Et dicet
oīs ppl's amen. i. ſit ille maledi=
ctus. Silr dñs per os prophe da
uid increpat illū q̄ adulteros fa
cto ⁊ ope imitatꝰ dicēs. Tu odiſti
diſciplinā. i. bonā vitā ſeu caſti=
tatē. Inſup tu odiſti icrepationē
qꝛ proieciſti ſermones meos re
trorſum q̄ſi icrepatiōes meas cō
tēnēdo. Inſup ſi videbas furem
currebas cū eo ⁊ cū adulteris por
tionē tuā ponebas: eos imitādo
Premittit aūt non abſqꝫ cā furti
pticipationē dicens. Si videbas
furē currebas cū eo: qꝛ plerūqꝫ
adulteri ⁊ fornicarij potiſſime qui
ſunt de paupe regno: ſunt fures
⁊ hoc vt habeātꝰ vñ foueātꝰ ſer fa
carias ſuas. Deide ſequitꝰ dei cō
minatio cū ſubditꝰ. Arguā te ſup
ple i iudicio tanq̄ꝫ trāſgreſſorem
precepti mei. Nō mechaberis.
Exod. xx. Inſup ſtatuā ꝯ faciem
tuā angelos electos demones et
ceteras creaturas ſuo modo te ac
cuſantes ⁊ dignū eterna dānatio
ne ꝯclamantes. Et hoc eſt qd̄ ſcri
bitꝰ. Sapiē. v. Accipiet armaturā
zelus illi⁹ ⁊ armabit creaturā ad
vltionē inimicorū. i. adulterorū.
Itē Iob. xx. Reuelabūt celi iniq̄
tatem eius: ſcꝫ adulteri ⁊ terra



aduerſus eū cōſurget. Ecce quō
ſcriptura veteris teſtamēti repro
bat adulteriū. Itē ipm reprobat
ſcriptura noui teſtamēti. vt patꝫ
Mat. xix. vbi legitꝰ ꝙ xp̄s repre=
hendēs illos iudeos q̄ dabāt li=
bellū repudij vxorib⁹ ſuis q̄n nō
placebāt eis q̄bus dimiſſis ꝯhe=
bant cū alijs: dixit hoc non lice=
re: qꝛ quos de⁹ ꝯiunxit homo nō
dꝫ ſeparare. Sic eſt autē ꝙ adul
ter ſeparat quos de⁹ cōiunxit in
frīgēs eius ordinationeꝫ igitur
contrauenit dei ordinationi.

¶ Scdo ſcptura canonica repro
bat adulteriū. Vñ. xxxij. q. vij. q̄d
in oībus dicitꝰ ſic. Quid in oīb⁹
peccatis adulterio grauius eſt.
Sic tñ loquitꝰ iſtū decretū ad de
teſtationē criminis: qꝛ multa cri
mina ꝯtra ꝓcepta ſecūde taber=
nacule ſunt grauiora adulterio
vt homicidiuꝫ: inceſtus: ſacrile=
gium: fractio voti continentie.
Secundū nāqꝫ in penis tenet lo
cum vbi glo. in penis. i. in ꝓhibi
tionib⁹ ſcōe tabule Moyſi. Naꝫ
prima ꝓhibitio ſecūde tabule ē
illud. Nō occides. Secunda aūt
illud quid immediate ſequitꝰ: ſcꝫ.
Nō mechaberis ex quo conclu=
ditur ꝙ adulterium eſt grauius
furto. ſcꝫ. ex genere. Pōt tñ aliqd̄
furtū eſſe graui⁹ aliquo adulte=
rio ex circumſtantia. vtpote de il
lo qui multū furatꝰ ⁊ cū magna li
bidine: reſpectu illius qui paruꝫ
delectatur in adulterio. Vnde ſe
mel ſimul predicabant rothoma
gi duo predicatores famoſi q̄ruꝫ
nomina forte non licet exprime
re. Vn⁹ enī erat brito natiōe vir
certe probus ⁊ vale famat⁹ ordi
nis minorꝫ. Alter aūt Norman⁹
et ſecularis. Prim⁹ valde latra=
bat ꝯ adulteros. ſecūd⁹ aūt ꝯ fu
res. Accidit aūt vt prim⁹ dice=
ret ꝙ furari montē aureū nō eſt
tam graue pctm̄ ex gn̄e ſicut a=
dulterari qd̄ vtiqꝫ verū ē. Alter
aūt hoc audito i ſuo ſermōe cra
ſtino dixit hoc eſſe bñ dictū pro
vno britone eo inq̄t ꝙ britones
paruā eſtimationē faciūt de fur
to: ⁊ magnaꝫ de adulterio. Sed
nos inq̄t Normani dicerem⁹ mi=
nus pctm̄ eſſe fornicari aut adul
terari q̄ꝫ furari montem aureū.
Poſſent ⁊ multa alia decreta ad
duci adulterium reprobantia: q̄
pertranſeo breuitatis cauſa.

L ¶ Tertio ſcriptura ciuilis ſi=
ue iperialis reprobat adulteriū.
Vñ ꝓpter hoc vitiū vxor ꝓbata
talis ꝑdit dotē ſuā vt ptꝫ in autē
ticis titu. vt liceat marito. §. qui
ꝯo. collatio. viij. Itē. C. de repu=
dijs. l. cōſenſu. Itē. l. iubem⁹. ideꝫ
dt. De hoc etiam ponitꝰ vn⁹ ſpe=
cialis titul⁹. C. ad legeꝫ iuliā. de
adulterijs ⁊ ſtupris. lib. ix. ti. ix.
Et ſilr. ff. ad legē iuliā de adulte
rijs. In q̄b⁹ q̄dem titulis ſeu ru=
bricis multa dicuntꝰ i deteſtatio
nem adulterij. Ecce quō triplex
ſcriptura declamat ⁊ deteſtatꝰ at=
qꝫ abhorret vitiuꝫ adulterij. hoc
aūt nō fieret niſi ipm vitiū eſſet
maxime culpabilitatis ⁊ grauitatis

M ¶ Secundo bruta animalia
probant vitium adulterij eſſe ma
xime culpabilitatis: eo maxime
ꝙ inter ea ſunt aliq̄ ſpecies que
nunq̄ꝫ immiſcent ſe alienis: ſicut pꝫ
de elephantis. Nā vt dicit plin.
in naturali hiſtoria. libr. viij. ca.

v. q̄uis hmōi aīalia ſint maria ꝛ fortiſſima nunq̄ tñ coeunt niſi i abdito: nec inter ea ſunt adulteria. Nec ſilr̄ vlla ſunt inter ipſa prelia ꝓpter feminas. Refert ēt idē Pliñ. vbi. ſ. c. xvi. qḋ intitulatur de leonibꝰ ꝙ leena eſt magni coitus ꝛ libidinis: ita vt etiā qñqꝫ coeat cū pardo. Qḋ ſentiēs leo tota vi ꝯſurgit aduerſus eā. Et ideo hoc p̄cauens leena poſt coitū cū pardo ſolet in flumine ſe abluere ꝛ ſic tuta accedit ad leonē. Ecce quō bruta aīalia quodāmodo abhorrent adulterium ſeu copulā carnalē cū alio. Hoc idē etiā lobſeruāt quedā aues. Vñ referṫ de ciconia ꝙ ſi adulteret tūc cōpar illius adducit mltitudinē aliaꝝ ciconiaꝝ q̄ oēs vno ꝯſenſu ꝛ ip̄etu adulteram deplumant. Hoc idē ſilr̄ obſeruant turtures de quibꝰ dicit Iſido. libr. xii. ethymo. c. vii. ꝙ ſunt magne pudicitie. Maria ḡ ꝯfuſio debet eſſe rōne vtentibꝰ ſi impudicitia ſuperentur a brutis ꝛ auibus.

N ¶ Tertio ſcādala q̄ oriunṫ ex adulterio ꝓbant ꝛ oſtendūt q̄ꝫ te ſit culpabilitatꝫ. Nullū eñ ferme īueniēs pctm̄ ex quo nata ſiue tot ꝛ tam grādia ſcādala naſci ſicut ex adulterio. Propṫ hoc eñ vitiū nōnulle mulieres ſeipſas īterimūt ſicut ptꝫ de lucretia De qua plene narrat Aug. de ciui. dei li. i. Et ſimilṫ. Titus liui. lib. i. p̄me de cadis in fi. Alij aūt alios intermūt nunc toxico nūc gladio. nūc ꝓditone: ſicut ptꝫ de Dauid q̄ interfecit Vriā hac de cauſa occidi. ij. Reg. xi. et preter hec tales adulteri ſunt in opprobriū cunctis gentibꝰ honeſte viuentibꝰ vt ptꝫ in decre. diſt. lvi. ſi gens. Itē ꝓpter hoc pctm̄ cōiter ſuſcitenṫ lites: iurgia: v̄ba ꝛ verbera: inter virū ꝛ vxoreꝫ: ita vt freq̄nter ꝓpter hoc petaṫ diuortiū. Inſup vxor audiens viꝝ ſuuꝫ adulterari forſan dicit. Per deuꝫ ego tantūdeꝫ faciā marito meo ſicut ipſe mihi: ꝛ ſic ipſa adulteratur. Sepe etiā optat mortē viri ſui pariter ꝛ illiꝰ cū qua adulterat. Item anxiatur ſuſpitionibꝰ adeo ꝙ ſi vir ſuꝰ veniret de eccl̄ia ſuſpicaretur eū venire de domo adultere ſue. Frequēter etiā hac de cauſa vxor efficiṫ zelotypa de viro ſuo: adeo ꝙ q̄ꝫ primum ipſe egrediṫ domū: illa eſtimat ꝙ vadit ad talē mulierē. Sed aliq̄ñ viri ſe excuſant ſi adulterant ꝓpṫ egritudinē aut deformitateꝫ ſeu abſentiā vxorū ſuarū. Sed profecto hec eſt excuſatio in peccatis. Qḋ prudenter attendēs beatus Ludouicus Francorū rex infirmatus ad mortē cui dicebant medici ꝙ poſſet ſanari ſi cognoſceret aliquā mulierē: eo ꝙ ſuā preſentem non haberet reſpondiſſe ferṫ ꝙ potius vellet mori q̄ꝫ fidē ſemel datā ſue vxori violare: et ſubditis preſentibꝰ ſcandalum dare. Sed profecto pauci ſunt hodie tales reges: p̄cipes: et nobiles. Nam pleriqꝫ eorum non vrgente egritudine: ſed cooperante libidine poſtpoſito dei timore: ꝛ populi ſcandalo: nō erubeſcūt palam habere ancillas quibus faciūt magna donaria in grauamen ſubditorum et in iniu-



riaꝫ proprie vxoris. Et de hoc extat perpetua memoria apud gallos de pulchra Agnete quam quidā rex Francie cuiꝰ ſubticeo nomen palam habebat: etiā ſpreta ꝓpria vxore q̄ꝫuis formoſa et bona. Ptꝫ ḡ ex his tribꝰ quante culpabilitatis ſit vitium adulterij.

O ¶ Secundus articulus digiti adulterij dicitur fugibilitatis. Eſt enim hoc vitium ſumme fugiendum et hoc ſignanter propṫ tres rationes: que ſunt.

Inuolutionis
Conſumptionis
Oppoſitionis.

¶ Prima igṫ ratio dr̄ inuolutionis. Nam iſtud vitiū inuoluit in multos et periculoſos errores q̄bus valde difficile eſt obuiare. Sed de multis tantum tangemꝰ tres quorum primus ſe tenet ex parte viri. Scḋs ex parte mulieris. Tertiꝰ ex parte prolis.

P ¶ Primꝰ igṫ error ē qui ſe tenet ex parte viri adulterantis ē q̄a credit ſibi magis licere adulterari q̄ꝫ ſue vxori. Nam ſi illi ſemel compertuꝫ fuerit vxorem ſuam adulterium perpetraſſe tanto odio eam habebit ꝙ vir tota parentela vtriuſqꝫ partis poterit inter eos ponere pacē. Qḋ ſi fiat pax inter eos parum forſan durabit: ſed ad minimā offēſā aut forſan ſine offenſa ille improperabit vxori quecunqꝫ fecit: ꝛ q̄ non fecit. Sed ſi contingat ipſum adulterari: hꝫ q̄ſi ꝓ riſu ſi vxor ſciat. Cum tamen ſcribatur in decretis. xxxij. q. v. chriſtiana ꝙ Chriſtiana religio adulterium i vtroqꝫ ſexu pari ratione condemnat. Quinimmo quantuꝫ ad aliquid grauius peccat vir adulterās q̄ꝫ mulier in quantū ſcꝫ maior naturalis ratio in eo vigere dꝫ vt notaṫ. xxxij. q. vi. idignanṫ. Propterea dt Au. de v̄bis dñi. ſer. xlvi. ꝛ ſimiliter recitaṫ. vbi. ſ. c. ſi dicturi. Si inq̄t vos viri dicturi eſtis vxores ſeruate vos q̄les vultis eas inuenire tales et ipſe inueniant vos. Quis viuens eſt qui nō caſtaꝫ velit ducere vxorem. Et ſi accepturus eſt virgineꝫ: quis nō intactam deſideret. Intactam q̄ris: intactus eſto. Puram queris noli eſſe impurus. Non enim illa poteſt eſſe caſta aut pura: ꝛ tu nō potes. Si fieri non poſſis caſtus nec illa poteſt: q2 vero illa poteſt docet te quia fieri potes. hec ille Item idem Auguſtinus lib. de decem chordis: ad propoſituꝫ loquitur dicens. O homo dicitur tibi. Non mechaberis. i. non ibis ad aliquā aliā preter vxorē tuā. Tu autē exigis hoc ab vxore: et ſi vis reddeṫ ab hoc vxori. Et cū debeas in virtute precedere vxorē tu ſubito impetu libidinis cadis: ꝛ vis vxorem tuā victricē eē libidinis: tu victus iacens. Et cū in capite ſis vxori tue p̄cedit te ad deum illa cuius caput es. Vis domum tuam capite deorſum pēdere. Caput ei mulieris eſt vir. Vbi ergo mulier melius viuit q̄ꝫ vir: capite deorſuꝫ pendet domꝰ. Debet vir tanq̄ꝫ caput in oībus bonis factis precedere vxorē ſuā vt illa imitetur ipſū tanq̄ꝫ caput ſuum. hec ille Patet ergo reprobatio primi erroris qui eſt virorum adulterorum credentiū hoc ſibi magis licere: quam vxoribꝰ

ſuiſ: cum tamen oppoſitum ſit ve
rum vt patet ex dictis.
¶ Secundus error et qui ſe tenꝫ
ex parte vxoris adulterātiū eſt: qꝛ
ſi adultera caſu ſuſcipiat filiuꝫ ex
adulterio ipſum nutrit de bonis
viri ſui et tandem tanꝗ legitimꝰ
ſuſcipiet hereditatem patris puta
tiui in toto vel in parte. Et cū ipa
adultera ſit cauſa ꝙ hereditas vi
ri ſui vadat ad alienos et ſimilr ꝙ
filij legitimi aut heredes viri ſui
priuēt dicta hereditate et ſine cul
pa ſua reſtat ꝙ ipſa tenetur ad re
ſtitutionem quā facere eſt illi plu
rimum difficile. Ecce labyrintꝰ et
dedalus quam ex culpa ſua incī
dūt mulieres adultere. Et de hoc
ſuperiꝰ dictum eſt in hoc ſecundo
tractatu parte. iij. capit. ij. vbi agi
tur de manu furatoria ſub litera.
J. De hoc ēt forte dicetur in. iiij.
tractatu huius operis cum age=
ret de reſtitutionibus.
¶ Tertius error in quē inuoluit
et implicat peccatū adulterij eſt
ille qui ſe tenet ex parte ꝓlis. Nā
multi filij adulterini reputātur le
gitimi: et ſuccedunt patri putati-
uo. Alij aūt efficiūtur clerici et ꝓ
mouentur ad ſacros ordines ſine
diſpenſatione qui tñ ſunt ex adul
terio occulto nati et ꝑ ꝯñs inhabi
les ad predicta. Et quod grauius
eſt pōt ꝑ ignorantiā accidere vbi
intrant mrimonium ꝙ ꝯtrahant
cū ꝯſanguinea ſeu ſorore propria
ex pte veri ⁊ naturalis patris quē
non cognoſcunt. Nec audet ma=
ter declarare impedimentū ne ſe
ipſam ſcandlizet: aut qꝛ forte mor
tua eſt pariter et verus pater fi
lij contrahentis cū filia eius. Po=
teſt etiā accidere ꝙ filius ex adul
terio natus occidat ignoranter pa
trem ſuum naturalem ſiue in bel
lo: ſiue alias.
Q ¶ Et de hoc extat hiſtoria de
Alexandro magno de quo refert
dñs Anto. in chronicis ſua prima
parte. titu. iiij. c. ij. ꝙ cuꝫ crederet
ſe eſſe filiū Philippi regis mace=
donum erat tñ filius cuiuſdam ſu
perſtitioſi viri qui dicebatur ne=
ctabanꝰ. q̄ ꝯcubuerat abſente re=
ge cum regina que dicebat olym
pias. Modus aūt et cauſa cur oc=
cidit dictum nectabanū quē igno
rabat patrē ſuū eſſe. talis fuit. Se
mel ei ipſe Alexāder interroga=
uit dictum nectabanū q̄ morte il=
le eſſet moriturꝰ. Et qꝛ ſuꝑſtitio=
ſus atqꝫ maleficꝰ erat rñdit dicēs
Filiꝰ meꝰ dꝫ me occidere. Tunc
Alexander volens eū oñdere mē
dacē dum ſemel ambularēt ſimul
cauſa recreatiōis: ſup foſſata ciui
tatis in qua morabat ipſe Alexan
der: adhuc tñ paruulꝰ ꝓiecit dictū
nectabanū in aquam ſtantem i fū
do. Qui ſentiens ſe inde moriturꝫ
fracte ceruice ait. Nulla mortaliū
ꝯtra fatū fuga eſt. Olim eñ noui
me a proprio nato interficienduꝫ.
Ad quem Alexander. Nunquid
ego ſum filius tuus. Tunc ille oia
cōfeſſus eſt ⁊ quomodo olympia
dem matrem ſuam arte ſua dece
perat de qua ipſum genuerat. Ec
ce quomodo adulterium inuoluit
hincinde i varios errores: et ideo
ſumme fugiendum eſt tanꝗ peri
culoſiſſimum.
¶ Scđa rō cur adulterium eſt fu
giēdū dicitur cōſumptionis. Nāq̄
adulterinam volunt ducere vitā:



conſumunt multam ſubſtantiam
tū vt foueāt amicitiam adultere
ſue tū vt prouideant baſtardis ſi
ue magis ſpurijs inde naſcentibꝰ
tum in bonis que interdum faciu
unt maq̄rellis: ſeu focarijs ad hoc
mediātibus. Unde audiui de quo
dam magno principe qui nunc ē
coram domino ꝙ cum eſſet ſemel
Pariſius dedit cuidam puelle ꝓ
vno concubitu decem mille aure
os. Tales ergo ſi verum ſit: quo
dāmodo ſimilis erat filio ꝓdigo
qui diſſipauit ⁊ ꝯſūpſit ſubſtātiaꝫ
ſuam cum meretricibꝰ viuēdo lu
xurioſe. Lu. xv. Bñ ergo ſcriptuꝫ
eſt Prouerb. xxix. ꝙ q̄ nutrit ſcor
tū perdet ſubſtantiam ſuā. Et hu
ius rō eſt: qꝛ tales maledicte mu=
lieres trahunt ad ſe q̄cq̄d poſſunt
de bonis adulterorum ſuorū. Naꝫ
ſi cōtingat eas intrare domos co
rū in abſentia vxorum ſuorū reui
ſitant omnia ſecreta domꝰ ⁊ q̄cq̄d
alicuiꝰ valoris inueniūt dūmodo
ſit portabile accipiunt ⁊ ſecum de
ferunt. Nec miſeri ⁊ pauperes fa
cti adulteri audent illis contradi
cere ne eas contriſtent ⁊ perdant
gratiam ⁊ amicitiam earū q̄ꝫ mul
to magis apprecantur q̄ꝫ gratiā ⁊
amicitiam propriarū vxorū q̄ꝫcū=
cunqꝫ honeſtarū bonarū ⁊ pulchra
rum. Bene ergo conſulit ſapiens
Prouer. v. cum ait. Ne intēderis
fallacie mulieris ſup. adultere: q̄
multipliciter laborat decipere mi
ſerum adulterum ſuum.
R ¶ Tertia ratio quare adul
rium ſic fugiendū dicitur oppoſi
tionis. Opponitur enīꝫ hoc viciū
tribus bonis q̄ ſunt in matrimo=
nio de quibus loquitur Au. in li. de
bono cōiugali. ⁊ ſilr recitat in de
cre. xxvij. q. ij. oīne. Illa autē tria
bona ſunt ꝓles fides ſcrm̄ q̄ fue=
runt in parentibus xp̄i. Proles q̄
dē fuit ipſe xp̄s. Fides autē ibi fu
it: qꝛ nullum adulteriū. Sacrm̄ qꝛ
nullum diuortium. Sic eſt aūt ꝙ
adulteriuꝫ opponit tribus bonis
predictis mrimonij. Primo quidē
bono fidei: qꝛ ꝑ illō frangit fides
mutua q̄ debꝫ eſſe iter coniuges
q̄ attēdit penes hoc ꝙ nec vir cū
alia: nec mulier cum alio ꝯmiſceri
dꝫ. Et q̄ꝫtum ad hoc ſunt pares vt
pꝫ. xxxij. q. v. Chriſtiana religio.
Secundo vero ꝯtrariatur: ⁊ oppo
nit bono prolis. Eſt ei naturalis
ſollicitudo patri. vt habeat certi=
tudinem de prole ſua. Talis autē
certitudo tollitur per adulterium
Propter quod relinquit proles ſic
nata ſine directore diſciplina ⁊ ca
ſtigatione: ⁊ per ꝯñs efficitur i ho
neſta ⁊ ad malū effrenata. qđ ſi di
catur ꝙ ſaltem manet ſub diſcipli
na matris. Reſpondet hoc non ſp
eſſe verū Quinimmo frequenter
mulier q̄ ꝯcepit ex adulterio aut
fornicatione ꝓlē natā ſtati mittit
ad prēm vt illi prouideat. Ille aūt
ſolet eā extra domum ſuam edu=
cādā tradere aliquibus q̄ cōiter
parum de hoc ſūt ſolliciti. Inſup
dato ꝙ a ꝓpria mrē educat illa tñ
nō hꝫ illam induſtriam caſtigan=
di filiū quā hꝫ vir nec tm̄ reueret
aut timet a prole ſicut pr̄. Et ideo
cōiter videmꝰ illegitime natos in
ſolentes diſſolutos ⁊ quaſi in diſci
plinabiles nihilominus q̄ꝫuis dif
ficulter tñ pñt eē bñ cōditionati: ⁊
virtuoſi. ita ei dt Aug. lib. de bo=
no ꝯiugali ⁊ ſilr recitat i decre.

diſt.lvi.vñcunqꝫ. Unñcũqꝫ hoĩes
naſcãtur ſi parentum vitia non ſe
cantur:honeſti et ſalui erũt. Su
per quo glo.ponit ſimilitudinẽꝫ
de veſtibus dicẽs. Ueſtes quas
geritis ſordida lana fuit Idem
etiam decretum repetitur.xxxij.
q.iiij.ſicut ſanct⁹. Merito adul=
terium opponitur bono ſacramẽ
ti matrimonij. Conſtat enĩꝫ ꝙ ſa
cramentum matrimonij ſignifi=
cat coniunctionem chriſti cũꝫ ec
cleſia quam nũquaꝫ dimiſit. Pro
pter quod dicit apo. Ephe.v. Ui
ri diligite vxores vr̃as:ſicut chri
ſtus dilexit eccleſiaꝫ.i.nolite eas
derelinquere alijs carnaliter cõ=
miſcendo. Conſtat autẽ ꝙ adul=
ter facit totum contrarium. Et
ideo videtur irritare predictam
Chriſti coniunctionem cum ſpõ
ſa ſua eccleſia. Et ideo quantum
ad hoc adulter videtur eſſe ſimi
lis heretico qui dimiſſo Chriſto
vero ſponſo eccleſie adheret dia
bolo. Patet ergo ꝙ adulteriuꝫ ẽ
ſumme fugiendum tanꝗ̃ oppoſi
tum et contrarium tribus bonis
predictis venerabilis ſacramen
ti matrimonij. Et ſic patet de ſe=
cundo principali.

S ¶ Tertius atri.digiti adulte
rij dicitur punibilitatis. Pro quo
notandum ꝙ iſtud vitium punit̃
triplici pena:videlicet.
Diuina.
Eccleſiaſtica.
Humana

¶ Primo igitur pena diuina.i.a
deo taxata:quia enim ſcd̃m legẽ
diuinã nullũ malũ remanet ipu=
nitũ ſicut neqꝫ aliqđ bonum irre
muneratum:dicente Boetio de
conſola.libr.iiij.proſa.j. Nec ſine
pena vnꝗ̃ eẽ vitia:nec ſine p̃mio
virtutes bõis felicia malis ſp̃ in
fortunia ↄtigere. Idõ diuina iuſti=
tia multiplr̃ punit adulteriũ vcꝫ.
Temporaliter
Corporaliter.
Eternaliter.

T ¶ Tertio qdẽ tp̃aliter. Nã i
vltionẽ hui⁹ nephãdi vitij deus
iudex iuſt⁹ ꝛ fortis immittit fre
quenter contra homĩes bella cũ
cta deuaſtantia:in quib⁹ etiã ple
rũqꝫ ſuccumbũt pene infinita ho
minũ milia. Et de hoc multa ex=
tant teſtimonia in ſacra ſcriptu=
ra. Primum eſt de gabaonitis q̃
rũ multa milia occubuerunt gla
dio pp̃ adulterium ꝑpetratũ cũꝫ
vxore cuiuſdã leuite.i.de gñe Le
ui. Iudic.xx. Secũdũ exemplum
ẽ de Dauid cui poſtꝗ̃ adultera=
tus ẽ.dictũ eſt ꝑ Nathã ꝑphetaꝫ
ex ꝑte dñi. Nõ recedet gladi⁹ de
domo tua vſqꝫ in ſempiternum.
Silr̃ narrat̃ i hiſtorijs Romano
rũ ꝙ ꝓpter adulteriũ cõmiſſum
ab Antonio q̃ dimiſſa vxore ſua
ſorore Octauiani Augu.adheſe
rat Cleopatre regie egipti libi=
dinoſiſſime mulieri:ipſe Octaui
anus idignatus mouit ꝯ euꝫ bel
lũ nauale ꝛ terreſte:ꝛ i vtroqꝫ di
ctus Antonius fuit turpiter de=
uictus. Qui demũ fugiẽs a facie
Octauiani cũ dicta cleopatra ſe=
ipſos occiderunt.

¶ Scd̃o diuia iuſtitia punit adul
riũ corp̃alr̃ ſcđꝫ ꝙ habet̃ Nume.
v. vbi mãdat dñs dicẽs. Uir cui⁹
vxor errauerit: maritũqꝫ ↄtẽnẽs
cũ altero dormierit ꝛ hoc ma
rit⁹ dep̃hẽdere nequerit: ſꝫ latet
adulteriũ.teſtibuſqꝫ argui nõ p̃t
qꝛ non eſt inuẽta in ſtupro: addu



cet eã ad ſacerdotem. Cũqꝫ ſtete
rit in ↄſpectu dñi diſcooperiet ſa
cerdos caput ei⁹. Ipſe aũt tene=
bit aq̃s amariſſimas i q̃bus cum
maledicta execratiõe ↄgeſſit ad
iurabitqꝫ eã ꝛ dicet. Si non dor=
mierit vir alien⁹ tecũ ꝛ ſi nõ es
polluta d̃ſerto mariti thoro nõ ti
bi nocebũt aque iſte amariſſime.
Si autem declinaſti a viro tuo ꝛ
polluta es ꝛ ↄcubuiſti cũ altero:
his maledictionibus ſubiacebis
Det te dñs in maledictionẽ exẽ=
pliũqꝫ cunctorũ i populo ſuo. Pu
treſcer̃ faciat femur tuũ ꝛ tumẽs
vter⁹ tu⁹ diſrũpatur. Et r̃ndebit
mulier amen amẽ. Scribetqꝫ ſa=
cerdos in libello iſtã maledictio
nẽ ꝛ delebit eã aq̃s amariſſimis
i q̃s maledicta ↄgeſſit ꝛ dabit ei
bibere. Quas cũ biberit ſi pollu
ta ẽ ꝑtranſibũt eã aq̃ maledictio
nis ꝛ inflato vento cõputreſcet
femur. Si vero polluta nõ ẽ erit i
noxia ꝛ faciet libros. Hec ibi. Ec
ce quõ diuina lex antiquit⁹ puniẽ
bat adulteriũ Uerũ qꝛ illđ iudi=
ciale erat nõ obligat i lege grẽ
Itẽ đ pena taliũ habes Leui.xx.
Itẽ deut.xxij. Ubi mãdat lex adul
terũ ꝛ adulteram lapidib⁹ obruẽ
dos. Et ꝓpt̃ hoc ſcribe ꝛ phari=
ſei adduxerũt ad Chriſtuꝫ mulie
rẽ i adulterio dep̃rehenſã dicen=
tes ꝙ Moyſes iuſſerat huiuſmo
di mulieres lapidari. Iohannis
octauo. Sed ſi hodie omnes ta=
les lapidarentur tela et camiſie
virorum caro p̃cio venderentur
propter paucitatem.

¶ Tertio diuia iuſtitia punit ad
ulterium eternaliter. Hebreorũꝫ.
xiij. Fornicatores ꝛ adulteros iu
dicabit deus.ſ. ad eternum ſup=
pliciũ qꝛ vt habet̃ Apo.xxj. pars
illorũꝫ erit in ſtagno ardẽti igne
ꝛ ſulphure. Itẽ Gal.v. Qui talia
agũt.ſ.oꝑa carnis regnũꝫ dei nõ
poſſideant Itẽ.j.Cor.vi. Adulte
ri regnũ dei nõ poſſidebũt Mlr̃a
aũt poſſẽt ad hoc adduci exẽpla
q̃ in varijs hiſtorijs legũt̃ que ꝑ=
tranſeo.

U ¶ Scđo adulteriũ punit̃ pena
eccl̃iaſtica.ꝛ hoc iterũ multiplr̃.
Prĩo qdẽ ad inſtar homicidij ſpõ
te cõfeſſi vt hr̃.xxij.q.ij.p̃dicãdũ
Et hoc intelligit̃ ſcđꝫ glo. quan
tum ad numerũ ãnorũ ꝛ nõ q̃ꝫtũ
ad aſperitatẽ penitẽtie. Numer⁹
aũt ãnoꝝ q̃ dꝫ iponi pro quolibet
mortali pctõ eſt ſeptennis peni=
tentia niſi dignitas delinquentis
vel qualitas delicti aliud ſuade
at vt dicit eadẽ glo. Et hoc ideꝫ
ponitur.xxxiij.q.ij.hoc ipm. Ho
die tamen talis penitentia eſt ar
bitraria iuxta diſcretioneꝫ boni
confeſſoris. Secundo adulteriuꝫ
punitur per cẽſuras eccl̃iaſticas
Unde in aliquibus diocesibus
eſt ſententia excommunicatiõis
lata per ſtatuta ſynodalia contra
omnes adulteros et adulteras.
Et q̃uis de iure communi tales
non ſint excommunicati ipſo fa=
cto nihilominus deberent excõ
municari preſertim quãdo ipm
adulterium eſt manifeſtum ꝛ per
ſeuerans, vt dicit domin⁹ Anto.
in.ij. par.titu.v.cap.ij.§.ij. Quo
autem ad deum omnes adulteri
etiam occulti ſunt excõmunicati.
Tertio punitur per priuationeꝫ
iuris petendi debitum. Nam ſi
vxor ſit certa:virũ ſuum adulte=

uaſſe non tenetur poſtea illi red-
dere debitũ niſi in caſu vbi ipa ſi
militer fuiſſet adulterata. Et qđ dr
đ vxore ſuo modo itelligēdũ ē đ
marito hec Anto. vbi. ſ. Quarto
punit ꝑ diuortiũ nã illa pars q̃
ē inocēs ab adulterio põt petere
diuortiũ cõtra partem adulterã
ꝛ non amplius cohabitare cũ ta
li et intrare religionẽ et hoc po
tiſſimũ qñ adulteriũ eſt notoriũ
vt expreſſe notat. xxvij. q. ij. aga-
thoſa vbi ponitur caſ⁹ de quodã
viro qui dimiſſa vxore adultera
nomine agathoſa intrauerat reli
gionẽ quã dicta vxor repetebat
Et reſpõdet papa Grego. q̃ fiat
informatio de vita dicte agatho
ſe. Que ſi ꝓbetur adultera non
tenet ad eã redire vir ſuus. Nõ
tñ q̃ vbi vterq̃ adulterat neut
põt petere diuortiũ nec adulteriũ
accuſare ꝛ hoc in penam ſui cri-
minis. Ut vt hr. xxxij. q. vj. ca. j.
qđ icipit. Ecce non vr qđ pari
crimine infectus aliũ de eodẽ
punire poſſit. In cuius rei ſignũ
dixit Chriſtus iudeis adulterã
accuſantibus. Qui inquit veſtrũ
ſine peccato eſt primus lapidem
in eam mittat Jo. viij. Hinc etiã
ipſe Luc. vj. dicit hypocrita pri-
mum eijce trabem de oculo tuo:
et poſtea educes feſtucã de ocu
lo fratris tui. Item. ca. ſequenti
q̃ incipit: Nihil iniquius dicitur
q̃ nihil iniqui⁹ eſt q̃ cauſa forni-
cationis dimittere vxorẽ ſi et ip
ſe conuincitur fornicari. Occur-
rit enim illud Ro. ij. In quo alte
rum iudicas teipſum cõdemnas.
Eadẽ eñi agis q̃ tu iudicas. Ea
dem ſñia habetur extra de diuor-
tijs. c. ſignificaſti. vbi dicit expreſ
ſe q̃ vir adulterans vxorem adul
teram dimittere non põt.

X ¶ Sed querit circa hoc q̃ſi quis
incidentaliter ſi adulter poſſit cõ
trahere cũ adultera ſua poſt mor
tem viri ſui. Ad hoc reſpondet
decretalis extra de eo qui duxit
i matrimoniũ quã polluit ꝑ adul
teriũ. c. veniens. Item ca. ſi quis
vbi dicitur q̃ ſic duabus tñ con-
ditiõib⁹ ſeruatis. Prima ē q̃ non
dederit illi fidem prius de cõtra
hendo cũ ea. Qr ex tali ꝓmiſſio
ne poſſ ꝓcurari mors mariti vt
citius celebretur ſecundũ matri-
moniũ. Scđa ↄditio ē q̃ nõ fue-
rit machinat⁹ i mortẽ ꝑoris ma-
riti. Dr tñ i ꝑdicto caplo veniẽs
q̃ ſi quis viuẽte marito ꝓmiſerit
fidem alicui de cõtrahendo cum
ea poſt mortẽ dicti mariti ſipl⁹
non ponat propterea non impe-
dit matrimoniũ iter eos. Ex q̃ cõ
cluditur q̃ ille mulieres que re-
ſpondent viris ſollicitantib⁹ eas
de ↄtrahendo cũ eis poſt mortẽ
viri ſui dicentes in hunc modũ
Det dñs bonã vitã ꝛ longam ma
rito meo ſi tamen ita euenerit q̃
moriatur prior ego promitto vo
bis q̃ nũq̃ habebo aliũ a vobis
vel aliquid ſimile nõ male agũt
nec ꝑ talẽ ꝓmiſſionẽ impeditur
matrimonium inter eos. Et ſic ꝑ
ad queſitum.

Y ¶ Tertio adulterii ſi punit pena
hũa. i. ſcđ leges humanas ꝛ ci-
uiles. Et hoc iterũ mltiplr. Pri-
mo qđ ē tēpalr ſcꝫ per priuationẽ dotiſ
Mulier eñi adultera probata ta-
lis in iudicio perdit dotem ſuam
vt notat in autenticis. Item. C.



Item. ff. in paſſibus preallegatis
in hoc cap. ſub lra. L. Secũdo pu
nitur corporalr vtpote mutilatio
ne alicui⁹ mẽbri corporis. Unde
refert valeri⁹ li. vj. c. vij. de ſeleu
co locrenſiũ ꝑncipe q̃ ſtatuerat
legẽ vt q̃cunq̃ adulteraret vtro
q̃ oclo ꝑuaret. Accidit aũt vni-
cũ filiũ ſuũ adulterari. Propter
q̃ ipſe iubet legẽ in eum ipleri
Sed reſiſtit mltitudo ppli. Quo
viſo dixit. Ex q̃ tm̃ iſtãtie ꝓ filio
meo ſic fiet Nã mihi alter ocul⁹ ꝛ
illi alt eruet vt ſaltẽ ſic lex mea
impleat. Qđ ꝛ factũ ē. Hec autẽ
iuſtitia ꝛ vĩdicta adulteriĩ magna
fuit preſertiũ in rege pagano.
Tertio punit capitaliter hoc ē
per capitis truncationem vt pa-
tet. ff. ad legẽ iuliã de adul. l. lex
iulia. Item. C. de adulterio. l. ca-
ſtitati. Iſte aũt leges ciuiles ſũt
ↄformes legi diuine vt ptꝫ Leui.
xx. Itẽ Deut. xxij. Itẽ Dañ. xiij.
vt ſupra extitit allegatũ. In cui⁹
ēt rei ſignũ legit Jo. xiij. q̃ ſcribe
ꝛ pharıſei adduxerũt ad xpm̃ muli
erẽ in adulterio deprehenſam:
dicentes: magiſter mulier hec
modo deprehenſa eſt in adulte-
rio. Moyſes aũt iuſſit nobis hu-
iuſmõi mulieres lapidare. Hec aũt
ꝓ tanto ita diffuſe deduxim⁹ vt
ſciat vnuſq̃ſq̃ q̃tũ dñs deus in le
ge ſua et ſapientes atq̃ iuſti in le
gib⁹ ſuis põderauerũt adulteriũ
q̃ ē matrimonij factio fidei falſi
ficatio ꝛ filiorũ heredũ opprobrij
magna occaſio. Inſuper vt noue
rit vnuſq̃ſq̃ q̃ dure iudicabit do
minus in iudicio ſuo adulteros
Quod quidem iudicium eſt mul
to iuſtius ꝛ diſtrictius q̃ qđcũq̃
iudicium humanum. Et ideo ca
ueat ſibi vnuſquiſq̃ ab adulterio
Et ſic patet de ſecũdo digito ma
nus leproſe luxurie.

AA ¶ Terti⁹ digit⁹ ꝑdicte ma-
nus leproſe dr inceſt⁹. Eſt aũt ice
ſt⁹ abuſ⁹ ↄſanguineorum vl affi-
niũ. Uñ inceſtuoſi dicũt q̃ cõſan-
guineis vel affinibus abutuntur
vt ptꝫ. xxxvj. q. j. lex illa. Inſuper
inceſt⁹ ↄmittit ſpũali parētela vt
infra dicet. Inceſtus ḡ dr q̃ ſi nõ
caſt⁹ qr iceſtuoſus adeo libidino
ſus ē q̃ nõ attendit gradum ↄſan
guinitatis aut affinitatis ſiue ēt
parētele ſpũalis. Et in hoc qđ a-
mõ brutis ſilis efficit q̃ nõ ↄſide-
rãt quib⁹ ↄiungunt ſeu copulãt
ſꝫ inſequuntur cõcupiſcẽtias ſuas
eo q̃ rationẽ nõ hñt qua poſſint
hmõi cõcupiſcentias moderari
vel retinere. Uñ cum equ⁹ videt
cibum quẽ appetit ſubito ponit
ſe ad illum comedendũ niſi ipe-
diat vel verberet. Hõ aũt cũ mo
uet paſſione vel naturali deſide
rio cibi vel alterius rei põt etiã
data omni opportunitate ſe abſti
nere ꝛ nõ vti illa re ꝛ hoc ıõ q ꝛ ha
bet rõnẽ qua põt moderari ꝛ co-
hibere paſſiões ſiue ↄcupiſcẽtias
naturales ſilr ꝛ mẽbra corporis.
Qđ ſi nõ vtat rõne ſꝫ ſequat paſ-
ſiones ſuas illicitas tũc efficitur
ſilis beſtijs. Cũ tñ dicat. pſ. ꝫ ta
les loq̃ns. Nolite fieri ſicut equ⁹
et mul⁹ q̃bus ꝛc. Et hoc ē qđ loq̃t
Boeti⁹ de conſo. li. iiij. dicẽs. Eue
nit vt quẽ transformatũ vitijs vi
deas hominẽ eſtimare nõ poſſis
Uñ ibi pulchre cõparat diuerſa
hoĩm peccantium genera diuer-
ſis beſtiarũ differentijs. Deinde

de luxuria ſubdit dicēs. Fedis i=
mūdiſqꝫ libidinibꝰ imergit̄ ſordi
de ſuis voluptate ꝯtinet̄ itaqꝫ; fit
vt ſi ꝓbitate ꝯſerta hō eē deſierit
cū in diuinā ꝯditionē trāſire nō
poſſit vertat̄ i beluā. Et p maxīe
in ſcḋo delectatiōes venereas
illicitas in quibꝰ tota rō abſorbet̄
aſſimilat̄ hō eq̄ ⁊ mulo. Et hic eſt
qḋ dr̄ p āgelū raphaelē. Tho. vi.
Qui ꝯiugio vtunt̄ vt a mēte ſua
deū excludant et libidini ſue va=
ce nt ſicut equꝰ ⁊ mulus q̄bus nō
eſt intellectus ſupple tales ſunt.
Multo magis aūt cū tales ſequū
tur ſuas voluptates extra ꝯiugiū
vt ſunt inceſtuoſi ⁊ ſimiles. Sed
ne vlterius vagemur notādū ꝙ
in hoc digito inceſtus ſunt tres
iuncture ſeu articuli qui ſūt.
Commiſſionis
Offenſionis
Punitionis.
BB ¶ Primꝰ igr̄ articulꝰ p̄dicti
digiti ḋr ꝯmiſſionis. Circa ꝙ no
tandū ꝙ tribus mōis ꝯmittit̄ ice
ſtus ſcꝫ ꝙ cōtingit aliquē viruꝫ
cognoſcere carnal'r ſuā ꝯſāguine
am affinē vel cognatione ſpūali
coniunctam.
CC ¶ Prio igit̄ ꝯmittit̄ iceſtus
cū quis cognoſcit ſuā cōſāguineā
in q̄cūqꝫ gradu ꝓhibito. Pro q̄
iterū notandū ꝯſorñiter ad dñm
Anto. ii. par. ſum. ſue tit. v. c. v. §.
i. ꝙ poſtq̄ deꝰ creauit primos pa
rentes et inſtituit venerabile ſa=
crm matrimonū in pa̅diſo terre=
ſtri tunc prio excluſit vnū gradū
cōſāguinitatis dicēdo p adā illḋ
Ge. ii. Reliquet hō patrē ⁊ matrē
et adherebit vxori ſue Quaſi ap
te diceret ꝙ nullo tp̄e liceret pa=
tri accipere ꝓpriā filiā in vxorē
vl' mr̄i ſumere filiū i maritū ⁊ mł'
to minus extra cōiugiū carnal'r
cog̃ſcere. Qr talis actus eēt gra
uiſſimū ſcelꝰ. i. inceſtꝰ nihilominꝰ
filijs ade ꝓpt̄ neceſſitatē ⁊ ad mul
tiplicādū genꝰ hūanū fuit ꝯceſſū
vt ꝯherēt cū ſororibus ſuis car
nalibꝰ eo nō erant alie. et iſte gra
dꝰ tūc ꝯceſſus vocat̄ p̄mꝰ gradꝰ
ꝯſanguinitatis i linea collaterali
Sublata aūt hac neceſſitate ſēp
fuit ꝓhibitū mr̄imoniū iter fra=
tres ⁊ ſorores germanos. Alias
eēt maximꝰ iceſtꝰ ⁊ mł'to magis
ſi talis ꝯmixtio carnalis fieret ex
tra mr̄imoniū. In lege aūt āti
fuerūt aliq̄ gradus ꝯſāguinitatis
exp̄ſſi q̄bꝰ nō poterat ꝯtrahi mr̄i
moniū i noua aūt lege ſūt ḋclara
ti p determinationē eccl'ie eē q̄ttu
or gradꝰ ꝯſāguinitatis ⁊ totidem
affinitatis in q̄bus nō pōt ꝯtrahi
mr̄imoniū vt pꝫ extra de ꝯſāgui
nitate ⁊ affinitate. c. nō dꝫ Eſt aūt
p̄mꝰ gradꝰ in linea collateralium
frat̄ ⁊ ſoror germani Scḋs gra=
dus ē filiꝰ ⁊ filia duorum germa=
norum q̄ dicūt̄ cuſinus ⁊ cuſina.
Tertius gradꝰ ē filiꝰ ⁊ filia duo
rum cuſinorū. Quartꝰ gradꝰ ē fi
liꝰ ⁊ filia deſcendentes a p̄dictis
In nullo ḡ horum graduum po=
teſt contrahi matrimonium. Qḋ
ſi ſecus factum fuerit nec diſpen
ſatio pape interuenerit matri=
monium nullum eſt ſed continu
us inceſtus. Quinimmo ſcienter
contrahentes infra predictos
gradus abſqꝫ diſpenſatione: ip=
ſo facto ſunt excommunicati. In
ſuper ⁊ filij eorum illegitimi. Pre
terea ſi quis cognoſcit carnaliter



ſuam conſanguineam in quocun
qꝫ predictorum graduū cōmittit
inceſtū etiam tāto grauiusꝫ quā
to coniunctior eſt gradus. In li=
nea autē aſcendētiū ⁊ deſcēdētiū
eſt perpetua ꝓhibitio ꝯtrahēdi
matrimoniū vtpote inter auū ⁊
nepotē proauū ⁊ ꝓnepotē. Alias
eēt inceſtꝰ grauiſſimꝰ. Et ſic patꝫ
de inceſtu qui committitur inter
conſanguineos.
DD ¶ Scḋo ꝯmittit̄ inceſtꝰ cū
q̄s cognoſcit ſuā affinē. Pro quo
notandum ꝙ ſicut ſūt q̄ttuor gra
dus ꝯſanguinitatis ita ſuo modo
ſunt quattuor affinitatis q̄ fūdāt̄
in p̄dictis q̄ttuor. Nā ex mr̄imo=
nio inter Petrū ⁊ Bertā celebra
to ꝯtrahit̄ iſta cōiūctio q̄ dr̄ affi=
nitas ſic ſcꝫ ꝙ oēs cōſanguinei.
Petri ſunt affines Berte vxoris
ſue et hoc in eodē gradu affinita
tis q̄ꝛtꝰ ē gradus ꝯſanguinitatis
q̄ attinēt eidē Petro ⁊ ſil'r ecōtra
de ꝯſanguineis ipſius berte q̄ effi
ciūt̄ in ꝯſimilibus gradibus affi=
nes ipi Petro Uerbi grā. Frater
Petri p ꝯſāguinitatē efficit̄ frat̄
vxoris; ſue p affinitatē Et econ=
uerſo de fratre vxoris p ꝯſangui
nitatē q̄ efficit̄ frater viri ſui p af
finitatē ⁊ ſic de alijs tribus gra=
dibꝰ ꝓhibitis dicēdū ē. Si q̄s ḡ
ꝯtraheret matrimoniū in his q̄t
tuor gradibꝰ affinitatis nullū eſſꝫ
matrimonium ſed ꝯtinuus ince=
ſtus. Inſup ſciēter ꝯtrahētes i p̄
dictis gradibꝰ ipſo facto ſunt ex
cōicati vt patꝫ p clementinā titu.
de ꝯſanguinitate ⁊ affinitate p to
tum. Ibi etiā p̄cipitur eccleſie p̄=
latis vt tales poſtq̄ ad eorum no
titiam deuenerint publice denū=
ciāt excōicatos ſiue p ſuos ſubdi
tos denūciari faciāt donec abiur
cē ſeparēt ⁊ hūilit̄ recognoſcēdo
ſuū errorē abſolutiōis b̄n̄ficiū ob
tinere mereant̄. Hec ibi.
EE ¶ Notādū ē aūt circa hanc
materiā ꝙ ſcꝫ doctores tā theo=
logos q̄ʒ canoniſtas affinitas eq̄
liter ꝯhit̄ p copulā illicitā ſiue il
la ſit ſiplex fornicatio ſiue adulte
riū ſicut p licitā q̄ fit i mr̄imonio
vtraqꝫ ei ipedit mr̄imoniū ꝯhēḋ
⁊ dirimit ꝯtctū. Nō q̄dē cū illa q̄ʒ
q̄s carnal'r cognouit ſꝫ cū ꝯſan=
guineis eius ita vt qui cognouit
aliquam mulierem licite vel illi
cite non poſſit contrahere cū q̄ cū
qꝫ ꝯſanguinea dicte mulieris in=
fra quartū gradū impediēte gra
du affinitatis. Nec ē aliud reme
dium preter diſpenſationem quā
ſolus papa poteſt dare. Ex q̄ poſ
ſumꝰ inferre duo correlaria. Pri
mū eſt ꝙ ſi q̄s cognouit carnalit̄
aliquā mulierē ⁊ poſtea ꝯtrahat
p v̄ba de p̄nti cū matre aut ſoro
re vel cognata illius infra quar=
tū gradū conſanguinitatis matri
moniū nullū eſt ſꝫ omnino dirimi
dꝫ propter p̄cedens impedimen=
tum affinitatis. Scḋm correlariū
eſt ꝙ ſi q̄s cognouit carnaliter ali
quā de p̄dictis poſtq̄ ꝯtrit de p̄=
ſenti cū illa quam habet matri=
moniū q̄dē tenet: ſed tñ in penā
pdit ius petendi debitū ab vxo=
re. Reddere tñ tenet̄ debitū vxo
ri petēti. ſꝫ nō pōt exigere abſqꝫ
pctō mortali niſi cū eo diſpenſet̄
De hoc vide ſi vis frater rubri
cas. iiij. libri. decretaliū i q̄bꝰ d. ſſ. a
ſe hec materia tractat̄. Prīa eſt
de eo q̄ duxit i matrimoniū quā

polluit per adulteriũ. Secũda ẽ
de eo q̄ cognouit ↄſãguineã vxo
ris ſue ſponſe. Tertia eſt de ↄſan
guinitate et affinitate. Itẽ vide
decr. xxvij. q. ij. q̄ dormierit. Sup
quo etiã vide bñ oĩno. Itẽ de hoc
habes xxij. q. vij. c. q̄ dormierit cũ
pluribꝰ alijs capl'is. Utrũ aũt ep̄s
poſſit diſpenſare ſuper aliq̄bꝰ gra
dibus affinitatis credo q̄ nõ. Unñ
in tali caſu ſolet ſẽꝫ haberi recur
ſus ad ſũmum pontificem.

FF ¶ Tertio ↄmittit inceſtus
cuꝫ q̄s cognoſcit mulierẽ ſpiritua
li cognitione ſibi coniunctam
vtpote ↄmatrẽ vl' filiam ſpiritua
lẽ. Cognatio aũt ſpiritualis con
trahitur in collatione quorundã
ſacramentorũ vtpote baptiſmi.
ꝛ ↄfirmationis. Si g̃ q̄s cõtrahat
matrimonium cũ aliqua taliter ſi
bi ↄiũcta. ſ. ſpũali cognatione ma
trimoniũ nullũ eſt. Quinimo ſi
tales carnaliter ↄmiſceant ↄmit
tũt inceſtũ ſpũalẽ. Circa qđ notã
dũ ſcđm dñm Anto. vbi. ſ. q̄ in
dicta ſpũali. cognatione ſũt tres
gradꝰ. Primꝰ đr cõpaternitas q̄
ↄhitur inter patrẽ ꝛ matrẽ eiꝰ q̄
tenet ad baptiſmũ vel cõfirma
tionẽ: et eũ qui tenet ad ipſa duo
ſacramẽta: ac etiã vxorẽ eiꝰ vel
etiã q̄ baptiʒat vel cõfirmat. Se
cũdus gradus đr paternitas q̄
ↄhit inter eũ tenet ad baptiſmũ
vel confirmationẽ: aut etiã q̄ illa
ſacramenta cõfert q̄ dicit pater
ſpiritualis: ꝛ eũ vel eam qui te
net qui dicit filius eiꝰ vl' filia ſpi
ritualis. Tertiꝰ gradꝰ đr fraterni
tas que cõtrahit inter illũ vel
illam qui tenetur ad baptiſmuꝫ
vel cõfirmationem ꝛ filios eius
qui tenet. Si quis ergo i aliquo
horum graduum qui vltra nõ ex
tendũtur ↄtraxerit matrimoniũ
nullũ ẽ ſꝫ ẽ dirimẽdũ. Et omnis
talis cõcubitus eſt inceſtus ſpũa
lis ac etiam ſacrilegium. A fortio
ri ergo ſi q̄s ↄmiſit opus car
nale cũ aliquo vl' aliqua in aliq̄
gradu huius cognatiõis ſpũalis
inceſtũ ↄmittit vt patꝫ. xxx. q. iij.
c. j. qđ incipit ita diligere. Itẽ. c.
pitaciũ hoc autem multũ facit ad
deteſtationem huius vitij q̄ ince
ſtuoſi dum in ipſo deteſtando et
q̄ nephando ſcelere manẽt: nõ
debent computari inter chriſtia
nos ſed inter gentiles vt notat
xxxv. que. viij. inceſtuoſi. Ex his
ergo omnibus poſſumus conclu
dere q̄ multi viuunt in continuo
inceſtu ꝛ damnabiliter qui cre
dunt ſe legitimo matrimonio cõ
iunctos et ſignanter illi qui con
traxerunt cum aliqua: cuius con
ſanguineam prius carnaliter co
gnouerãt vt dictũ eſt.

GG ¶ Notandũ eſt autẽ circa
hoc q̄ multi tales hec audientes
in maximum ſtuporẽ ↄuertunt
vt frequẽter expertus ſũ. Dicũt
ei q̄ſi in deſperationẽ ducti ꝛ in p
plexitate ↄſtituti. Quid faciã. Si
ei dimiſero illã q̄ huiuſq; reputa
ui vxorẽ legitimã nũc aũt bene
video nõ eẽ vxorẽ eo q̄ p̄uſq̄ cũ
ipa ↄtraherẽ cognouerã carnalr
eius matrẽ vel ſororẽ aut cogna
tam ex tali dimiſſione ſequet gra
uiſſimũ ſcãdalum mihi et illi at
q; filijs q̄s ex illa genui ꝛ forte
toti parentele vtriuſq;. Inſup p
les reputabit illegitima: ceterũ
dicta proles forte maximã penu



riã patiet in tpalibꝰ q̄ nõ niſi ope
manuũ mearũ ꝛ ſudore corporis
mei ſuſtẽtat ꝛ ſic de multis alijs
icõuenientibꝰ. Quale igit reme
diũ aut ↄſiliũ certe talis dꝫ potiꝰ
tolerare patiẽter oĩa incõueniẽ
tia predicta aut quecũq; alia: q̄
vlteriꝰ cõmiſceri carnaliter cuꝫ
predicta. Triplex g̃ datur reme
diũ ſeu ↄſiliũ ↄ talẽ caſum. Pri
mũ eſt vt totalr relinquat p̄riam
prius tñ notificando ipm caſuꝫ
illi quã loco vxoris habuit hor
tãdo eam ad patientiã petendo
veniã de eo q̄ abuſꝰ eſt ea. Illi
etiã notificãdo q̄ ipſa i hoc nul
lũ habuit pctm̄. Inſuper q̄ licite
poterit ↄhere cũ alio tanq̄ non
vxorata. hoc tñ dꝫ notificare cu
rato ſiue ep̄o vt illi cõſtet q̄ ipſa
poſſit licite ↄhere cum alio tãq̄
nõ hñs virũ. Secũdũ remediuꝫ
eſt vt cohabitet cũ p̄dicta q̄tuꝫ
ad domeſticã cohabitationẽ: ſed
nõ quo ad lectũ ꝓpter piculũ in
ceſtus. Qꝛ tñ hoc difficillimũ eſt
ꝛ p̄ſerti vterq; adhuc iuuenis
eſt: iđ talis cohabitatio nõ eſt tu
ta. Tertiũ remedium ꝛ omĩ alio
ſalubriꝰ eſt vt tales ꝓcuret diſpẽ
ſationẽ a ſummo põtifice: vt poſ
ſit de nouo contrahere cuꝫ dicta
muliere non tamen publice pro
pter vitandum ſcandalũ. De fa
cili aũt ꝛ cũ parua pecunia ſalteꝫ
cũ paupere diſpenſabit ipſe ſum
mus pontifex ſicut recẽter de q̄
dam audiui. Qua diſpẽſatiõe ha
bita cũ ſerenitate ↄſciẽtie talis
habitabit cũ illa cũ qua priꝰ ince
ſtũ ꝑpetrauerat. Neceſſe tñ ha
bet de priori inceſtu ↄfiteri ꝛ pe
nitere. Patet g̃ de tribus modis
quibus committitur inceſtus.

HH ¶ Secundus articulus di
giti inceſtus dicitur offenſionis.
Circa qđ notandũ q̄ offenſio ſiue
culpa aut grauitas huius pecca
ti poteſt oſtendi multipliciter.
¶ Primo q̄dem ex pte horroris.
Nam hoc vitiũ abhorrẽt viri ſctĩ
pagani: eq̄. De p̄mo habemꝰ exẽ
plũ i. b. Io. bapti. qui in tm̃ exhor
ruit hoc facinꝰ q̄ cũ percepit hero
deꝫ regẽ hoc egiſſe cũ herodiade
cognata ſua egreſſus eſt deſertuꝫ
qđ neq; pp penitentie auſteritatẽ
deſeruerat: neq; pp increpationeꝫ
cuiuſcunq; alterius pcti q̄ſius tũc
tpis multa grauiſſima eſſent i ter
ra illa. ſed vt argueret ipm hero
dẽ de tali nephando pctõ etiã pu
blice q̄uis multis alijs vitijs im
plicatus eſſet: dicens ei. Nõ licet
tibi habere vxorẽ fratris tui phi
lippi Matth. vj. Propter quã icre
pationem fuit incarceratus ꝛ de
capitatꝰ. De ſcđo habemꝰ hiſto
riam in valerio li. ij. ti. de inſti. an
tiq̄s. vbi refert q̄ oli apud roma
nos non erat licitũ filiũ ſimul cuꝫ
p̄re balneari: ne ſic ſeipos nudos
cõſpicerẽt. De tertio hiſtoriã ha
bemꝰ i pho. li. viij. de aialibꝰ. vbi
refert q̄ q̄dã equꝰ q̄ pulcherrimꝰ
erat cũ fuiſſet deceptꝰ qꝛ. ſ. fuit po
ſitꝰ pannus ante eius oculos vt
non videret equam matrem ſuaꝫ
ſed cũ equã ↄmiſceret eque etiaꝫ
pulchra erat vt ſic de vtroq; ſu
ſcitaret ꝓles ſiue pullꝰ: quo ↄmix
tionẽ amoto panno cũ cã ꝑpendit
adeo factum exhorruit q̄ ſeipſuꝫ
de mõte p̄cipitauit. narrat ẽt phs
xj. li. de aialibꝰ q̄ q̄daꝫ ſuo pallio
obiecit oculos camelli ꝛ poſtmo

dū illi mr̄em ſuā ſubmiſit. Q̄d
cū camell⁹ poſt ꝯcubitū cognouiſ
ſet: ſtatim illū calcib⁹ ꝑemit: atq̄z
ſuis pedib⁹ mirabiliter ꝯculca
uit vide ꝗ idecens eſt ꝙ hoīes ice
ſtuoſi et ſignāter īfiniti noīe xp̄ia
ni ſuperent̄ a paganis ꝛ brutis.
¶ Scd̄o dicta offenſio iceſt⁹ pōt
oſtendi ex parte beſtialitatis.
Nā inceſtuoſi q̄ nō diſtinguūt in
ter ꝯſanguineā ſiue affinē ꝛ ex̄=
neā: ſed ferunt̄ quocūq̄z illos du=
cit carnis affect⁹ ſilēs ſunt bru=
tis: vtpote canib⁹ aſinis iumēt̄
aīubus ꝛ ſilībus rōne carentib⁹
nō ponētib⁹ differētiā inter ꝓpi=
quā ꝛ extraneā: ſed qd̄ in brutis
naturale eſt: in hoibus vitioſum
eſt eo ꝙ debent opari ſcd̄m itel=
lectū ꝛ volūtatē. Propterea dicit.
pſ. Nolite fieri ſicut equus. ꝛc.
¶ Tertio dicta offenſio ſiue cul=
pabilitas horrēdi iceſt⁹ pōt oñdi
ex ꝑte diſplicētie diuinalis. Quā
eñ mirabiliter diſpliceat hoc vi
tiū deo: ꝫ apte ex diuina vltione
etiā in hac vita facta. Nā ꝓpter
inceſtū Paul⁹ excōicauit quēdā
corinthū ſuū q̄ abutebat̄ nouer=
ca ſua. i. vxore ſcd̄a pr̄is ſui. In=
ſuꝑ ipm̄ tradidit ꝓtā ſathane
vt legit̄. j. Coꝝ. v. vt vexaret̄ in
corꝑe crudeliter a diabolo ſicut
ab eodem vexabat̄ int⁹ in anima
Et ſic patet de ſecundo articulo.
II ¶ Tertius articulus ſiue
iunctura digiti inceſtus dicit̄ pu
nitionis. Pro quo notandum ꝙ
iſtud vitium punitur per tripli
cem legem: videlicet per
Diuinam
Eccleſiaſticam
Ciuilem.

¶ Primo igitur punitur iceſtus
per legem diuinā q̄ olim iubebat
tales occidi: vt patet Leuiti. xx.
vbi ſic dicit dñs. Qui dormierit
cum nouerca ſua et reuelauerit
ignominiā patris ſui morte mo
riant̄ ambo. Sanguis eoꝝ ſit ſu
ꝑ eos. Itē ibidē ſic legit̄. Si quis
dormierit cū nuru ſua: vterq̄z mo
riat̄ q: ſcel⁹. i. grande pctm̄ ope=
rati ſunt. Sanguis eoꝝ ſit ſuper
eos. Item ibidē. Qui ſupra vxo
rem filiā ſuā duxerit matrem
eius ſcelus operatus eſt. Uiuus
ardebit cum eis nec permanebit
tantum nephas in medio v eſtri
¶ Secundo punit̄ inceſt⁹ ꝑ legē
eccleſiaſticā q̄ inhabitat tales ꝑ
ſonas ad ꝯtrahēdū ꝯiugia q̄ ali=
as eſſent licita. Uñ Gre. et recitat̄.
xxxv. q. ij. nec eā dicit ſic nec eā
quā aliquis ex propria ꝯſangui=
nitate ꝯiugē habuit vel aliq̄ illici
ta pollutione maculauit in coniu
giū ducer̄ vlli xp̄ianoꝝ licebit: q̄
inceſtuoſus eſt talis coit⁹ ꝛ ab=
hoīabilis dō ꝛ cūctis bōis hoīb⁹
Deīde ſubdit̄ pena cū dr̄ iceſtuo
ſus vero nullo cōiugij noīe depu
tādos a ſāctis patrib⁹ ſtatutū eē
legim⁹. Itē. xxxij. q. vij. ſi q̄s vidu
am: dr̄ ꝙ ſi inceſtuoſi ꝯtraxerint
ſunt ſeparendi: ꝛ vlteri⁹ nūq̄z i cō
iugio copulari pñt. Silr̄ ad idē
ꝓpoſitū ſcribit̄. xxiiij. q. ij. ſi q̄s cū
matre ꝛ filia fornicatus fuerit
ignorāte mr̄e ꝺ filia ꝛ filia ꝺ mr̄e
ille nūq̄z vxorē accipiat. Predicte
võ mulieres ſi voluerit accipiāt
maritos. Si aūt ille hoc ſciuerit
abſq̄z maritis ꝑpetuo maneāt.
Hec ibi. De hoc ēt mlta alia capi
tula ſcp̄ta ſunt in predictis locis: ſi



cut patet intuenti textum.
¶ Tertio inceſt⁹ punit̄ per legē
ciuilē: vt pꝫ in autenticis de ice
ſtis ꝛ nepharijs nuptijs. §. j. col.
iij. vbi dicit̄ ꝙ pena inceſt⁹ eſt cō
fiſcatio bonoꝝ. Itē ibi dr̄ ꝙ ince
ſtuoſi debēt mitti in exiliū. Inſu
per ſi fuerint viles ꝑſone debēt
verberari. De qua pena etiā ta
liū iceſtuoſoꝝ multa habes. C.
de inceſtis ꝛ inutilib⁹ nuptijs ꝑ
totū. Inſuꝑ qualiter hoc horren
dū vitiū puniat̄ i alio ſeculo ap
te ſequens declarat exemplum.
KK ¶ Legit̄ eñ in dialogo Gre
go. lib. iiij. c. xxv. terribile exem
plū de quodā nobili viro q̄ in ſab
bato ſancto paſche tenuit ſuꝑ ſa
cros fontes quandā iuuenculā
filiā. Tūc eñ tp̄is. ſ. primitiui ec
cleſie nulli baptizant̄ niſi iā adul
ti effecti: ꝛ hoc tantū in vigilia
paſche ꝛ penthecoſtes. Dictus ꝗ
nobilis ipſo ſero predicte die cū
toto die ieiunaſſet more multoꝝ
egregie epulatus eſt vino etiā i=
ebriat⁹. Poſt cenā igitur fecit ſe
cum dormire dictā filiolā ſuam
cū qua turpiſſime peccauit. Cū
igitur mane facto de lecto ſurre
xiſſet: cepit cogitare vt ad balne
um ꝑgeret ac ſi aqua balnei laua
ret maculas pctī. Perrexit ꝗ ad
balneū ibiq̄z ſe lauit. Poſt qd̄ fa
ctū cepit trepidare eccleſiā igre
di. Nā ex vna parte remordebat
eū ꝯſciētia: timens iudiciū dei ſi
eccleſiā taliter pollutus ingrede
ret̄ᵘʳ. Parte autē ex altera eru=
beſcebat hoīes ſi non intraret ec
cleſiā. Sed vicit humana vere=
cundia dei timorē ꝛ iudiciū ei⁹.
Perrexit ergo ad eccleſiā: ſed tū

verecund⁹ ac mouēs ſtare cepit
atq̄z ꝑ ſingula momēta ſuſpect⁹
q̄ hora imundo ſpūi traderet̄ et
corā oī ꝑplo vexaret̄ nihil tñ deo
miſerāte tūc aduerſa ei accidit.
Qui let⁹ exijt ꝛ die altero eccliaꝫ
iterū q̄ſi ſecur⁹ itrauit. Factūq̄z
ē vt ꝑ ſex dies ꝯtinuos let⁹ atq̄z
ſecur⁹ ꝓcederet eſtimās ꝙ dñs
aut nō vidiſſet ei⁹ ſcelus aut vi=
ſum miſericordit̄ dimiſiſſet. Sꝫ
heu die ſeptimo īopinate mor=
tu⁹ eſt. Cū ꝗ iā ſepulture tradi=
tus fuiſſet ꝑ longū tēp⁹ cunctis
videntib⁹ flāma mirabilis de ſe
pulchro ei⁹ exijt ꝛ tandiu oſſa ei⁹
ꝯcremauit q̄uſq̄z oē ſepulchrū
ꝯſumeret. adeo ꝙ terra q̄ in tu=
mulū collecta fuerat de foſſa vi
deret̄ ꝛ ꝑ hoc inq̄t Greg. dñs oſ
dit q̄d aīa illi⁹ miſerrimi iceſtuo
ſi in occulto ꝑtulit cui⁹ etiā cor=
pus ante hūanos oclos flāma cō
ſumpſit. Hec Greg. pꝫ ꝗ diffuſe
de tertio digito man⁹ leproſe lu
xurie q̄ dicit̄ digitus inceſtus.
LL ¶ Quart⁹ digitus predicte
manus leproſe dr̄ digitus ſtupri.
Eſt autem ſtuprum virginis ſub
cura parentum exiſtentis deflo=
ratio per actum venereū ex̄ ma
trimonium ꝓut dicit bea. Tho.
ij. ij. q. cliiij. articu. vj. vel dic bre
uius ꝙ ſtuprum eſt illicita virgi
num defloratio: vt habetur in de
cretis. xxxvj. q. j. lex illa. In hoc
autem digito ſunt tres iuncture
ſiue articuli: qui ſunt.
Offenſionis
Deceptionis
Satiſfactionis.
MM ¶ Prim⁹ igitur articulus
dicti digiti ſtupri dicit̄ offenſiōis

Stuprans eñ virginē, preſertim
inuitā offendit tria ꝯña ꝑſonaꝝ
vcȝ deū: ꝟginē ꝛ patrē illi⁹. Pri=
mo quidē offendit deū mortalit̄
peccando ꝛ legē ei⁹ trāſgredien
do: q̄ ꝓhibet ꝛ interdicit om̄i ho
mini quēlibet actū venereū ex̄ li
mites matrimonij vt ſatis ꝯſtat.
Scd̄o offendit virginē quē ſtu=
prat ſiue deflorat: eo ꝙ ipſaȝ im=
pedit a legitimo matrimonio cō
ſequendo. Nā qñ ſcitur de aliq̄ fi
lia ꝙ fuerit ſtuprata ꝯmuniter
recuſat̄ a matrimonio tanq̄ īho
neſta meretrix. Inſup ꝑ talē mo
dū ponit̄ in via meretricādi. vñ
et multe tales poſt ſtuprationeȝ
facte ſunt publice meretrices tū
ꝓpter experientiā veneree volu
ptatis: tū ꝓpter carentiā legiti=
mi matrimonij a quo vt dicūt ta
les ſepe retardant̄ qñ cognoſcū
tur eſſe tales: tū q2 a parentibus
tanq̄ īfames ꝛ meretrices vocā
tur etiā q̄nq3 ea de domib⁹ ſuis
turpiter eijciēdo. Tertio ſtupra
tor offendit patrē ꝟginis quam
deflorat. Solet eñ pater curā ꝛ
ſollicitudinē gerere de filia ſua.
Ad quod etiā faciendū ipm̄ ad
monet ſcriptura Eccle. xlij. di=
cēs. Sup filiā luxurioſam cōfir
ma cuſtodiā ne: qñ faciat te veni
re ī opprobriū īimicis tuis. Nec
ſolū certe talis ſtuprator offen=
dit patrē virginis quā deflorat:
verūetiā fratres ꝛ totā genealo
giā illius q̄ inde valde ſcandali=
zant̄ ꝛ vltionē expetūt de tali ſtu
pratore: ꝛ de hoc hiſtoria legitur
Geñ. xxxiij. d̄ Sychē filio emor
qui ſtuprauit dinā filiā Jacob.
Propter quod ſecuta ſunt multa
mala. Nā Symeō ꝛ Leui fratres
ipſius dine intrauerūt ciuitatem
Sychen ꝛ patrē cū filio vna cuȝ
ceteris habitatorib⁹ dicte ciuita
tis percuſſerūt in ore gladij eos iu
uantib⁹ om̄ib⁹ fratribus ſuis in
vindictā dicti ſtupri. ¶ Scd̄s ar
ticul⁹ digiti ſtupri dicit̄ deceptio
nis. Multi eñ filij diuitū nobiliū
ac potētū deſiderantes cōcubitū
alicui⁹ formoſe puelle q̄ tñ eſt de
paupere regno cū videāt ꝙ illa re
nuit tanto malo niſi forſan illi cō
iungant̄ affectu maritali illi ſta
tim ꝓmittūt matrimoniū. Sup
qua ꝓmiſſione cōfidēs aſſētit vo
lūtati eoꝝ. Sȝ poſtq̄ illuſerunt
ei ſiue ſemel ſiue pluries tandeȝ
eā extoto relinquūt: ꝛ vxorē ſu=
ſcipiūt ſcd̄m decentiam ſui ſta=
tus. Quo audito illa cōſilio ami
corū ſuoꝝ facit forſan illū citari
q̄ eam deflorauit cū tali ꝓmiſſio
ne. Cūq3 materia ducta fuerit
ad iudiciū vnū e duob⁹ fiet mil=
le ꝯ vnū. Aut ei gallād⁹ negauit
fctm̄ peierādo: aut iurabit nunq̄
eā cognouiſſe affectu maritali: ſȝ
magis fornicario. Cui iudex ec=
cleſiaſtic⁹ attēta notabili diſpita
te parti ū in gñe: diuitijs: ꝛ hm̄oi:
de facili illi credet: declarās illū
nō eſſe virū ſiue maritū dicte fi=
lie ſtuprate. Q2 tñ ille deflorauit
eā taxabit ad emendā duplicē cu
ius vna pars cedet ad vtilitateȝ
curie: alia vero ad vtilitatē dicte
filie: ī foro aūt iudiciali eccłie ta
lis tenet̄ diuiſim ad alterū hoꝝ
duoꝝ vcȝ eā ducere in ſpōſaȝ aut
ipſam maritare. i. dotē illi dare:
vt patȝ extra de adulte. ꝛ ſtupro
ca. j. Uerumtñ ſcd̄m gloſ. ibidem



hec fuit pena ātiqua. i. legis an=
tique. Hodie autē ſic punit̄ talis
ſtuprator: q2 aut ducat a ſe ſtu=
pratam: aut verberat⁹ ꝛ a ſacra=
mētis exclus⁹ retrudat̄ in mona
ſteriū ad agendā ꝑpetuā penitē
tiā: vt notat̄ vbi. ſ. c. ꝓuenit. Di
cit tñ dñs Anto. ij. parte ſum. ſue
ti. v. c. vj. §. j. ꝙ hoc intelligit̄ de
d̄cpetore paupere q̄ ſeducit ꝟgi
nem. i. a domo parentū ſeorſum
ꝑ violentiā abduxit. Q̄d̄ ſi ſedu
ctor diues aut nobilis fuerit pu
nit̄ pecuniaľiter. Sed q2 iā itra=
mus materiā tertij articuli: ideo
hic finis huius ſecundi articuli.
¶ Tertius articul⁹ digiti ſtupri
dicit̄ ſatiſfactiōis. Q2 eñ ſtupra
tor offendit deū ꝛ virginē quam
corrupit: ꝛ patrē illi⁹ vt dictū eſt
ſupra. idō tenet̄ vtriſq3 ſatiſfacere
deo q̄dē ꝑ ſacramētalē ꝯfeſſionē
ſicut ꝛ d̄ ceťis pctīs mortalib⁹.
Patri vero puelle ſub cuius cu=
ra degebat ipſa puella tenet̄ ſa=
tiſfacere ad arbitriū iudicis aut
boni viri aut ſaltē eum placere.
Puelle aūt aliqñ tenet̄ ſatiſface=
re aliqñ nō. Pro quo notandū ꝙ
ille q̄ corripit ſiue ſtuprauit ꝟgi
nē aut eam corrupit interueniē=
te ꝛ cōcurrente ei⁹ conſenſu: aut
cū ꝓmiſſionib⁹: aut vim inferen
do. Si primo modo tunc in foro
cōſcientie in nullo videt̄ ei tene
ri q2 cōſentienti non fit iniuria.
Tenetur tñ patri puelle, cui fecit
iniuriā filiam ſuaȝ corrumpēdo
ſub eius cura. Si ſecūdo modo
eam ſeducit. ſ. multa ꝓmittendo
ꝛ multis mendacijs vtendo: ſicut
tale hoīm genus facere ſolet in
tali caſu non videt̄ puella abſolu
te volūtarie ꝯſenſiſſe in ſtuprum.
Et idō iniungēdū eſt ſtupratori ꝙ
illi ſatiſfaciat ad arbitriū boni vi
ri vł cū ea gratioſe ꝯponat. Et ſi
ꝓmiſiſſet eam ducere in vxorē vt
copulā carnalē ab ea extorq̄ret
ſeruet ꝓmiſſum: ꝛ multo magis
ſi tale ꝓmiſſum fuerit iuramen
to firmatū. Et hoc inq̄t dñs An=
to. niſi cōditio eorū nimis diſtās
eſſet: vtpote puella eſt filia ruſti=
ci: vir autē nobilis ꝛ potens. Nā
in tali caſu mulier non preſumit̄
fraudē ignoraſſe. Ubi tñ ſtupra=
tor nō vult eā ducere in vxorem
dȝ petere diſpenſationeȝ ſup ſuo
ꝓmiſſo: ꝛ hoc ſaltē ad cautelā. Et
tunc ſatiſfaciat ſtuprate ab eo ſe
cundū ſuā facultātē: ꝛ ipſius ſtu=
prate indigentiā. Si autē tertio
modo eā ſtuprauit: vcȝ vim infe
rendo: tunc grauiſſime peccauit
atq3 puniri debet vt cōſtuprator
ꝛ raptor. Unde tales ſolēt plecti
morte. De hoc vide ſi vis deciſio
nem iuris ciuilis. C. ad legem iu
liam. de adulterio et ſtupro. vbi
multa habes ad propoſitū.
¶ Ipſa autē virgo ſtuprata in ta
li caſu nulla pena digna eſt. Qui
immo honore ꝛ gloria eſt coronā
da etiam corā deo ꝛ hominibus
Non ergo peccat nec virginita=
tem perdit: q̄uis ſignaculū vir=
ginitatis amittat. Propter quod
dicebat beata Lucia tyranno pa
ſchaſio. Si me inuitam violari fe
ceris: caſtitas duplicabitur mihi
ad coronā. Dicit etiam dñs An
to. vbi. ſ. ꝙ ſi mulier innupta vel
nupta ſe defendēdo ne violetur
caſu occidat hominē eam impe=
tētem dūmodo ipſum non occi=

dat animo nocēdi: ſed pudicitiā ſuā cōſeruandi ipſe credit ꝙ talis mulier non peccat. Martinecus ſit de iure nature vim vi repellere: vt ptꝫ in decre. diſt. j. ius naturale. Itē. ff. de vi ⁊ vi armata. l. j. ⁊ it ſiſt. C. vnde vi. l. j. idem habet. Si enī lꝫ nō ſolū ſe ſed et bona ſua defendere ne capiant̄ a latronibus q̄re nō licebit mulieri ſe defendere ne pudicitiam amittat. Q̄ſi violētia ꝯditionalis inferat̄ puta q̄ fit mulieri ꝯminatio de morte vel infamia: vel q̄ forte ipſa verecundia ducta non audet clamare vel timet magnū ſcandalū oriri niſi pmittat ſe corrumpi: tūc nō excuſat̄ a pctō neq3 a ſtupro. Nota ad hoc ꝓpoſitū de Lucretia quā tarquini⁹ oppreſſit de qua ſtupro aliquid dictū eſt.

¶ Circa hoc aūt valde increpādi ſunt illi parētes q̄ efficiunt̄ lenones filiarū ſuarū: quas tradūt interdū magnis pſonis ſtuprādas vt ꝯſīr illi tradāt eas nuptui ꝓut tales infames perſone ꝓmittere ſolent. Item frequenter hoc faciunt vt ex pecunia tradita ob turpitudinem viuant. Tales ergo ſunt digni morte: nō ſolū temporali verūetiam eterna. Quod nephas abhorrens beatus Nicolaus adhuc adoleſcens prouidit cuidā nobili pauperi volenti ꝓpter cauſam predictam proſtituere tres filias ſuas: proijciens per feneſtram dom⁹ maſſam auri tribus vicibus pro dotibus trium filiarum predictarum: ne proſtituerentur. Sed profecto paucos tales Nicolaos habet hodie mūdus iſte: nota ꝙ qui ſic ſtuprat virginē ⁊ ea abutit̄ tenet̄ illi prouidere: tum ꝓpter virginitatem ei⁹ quā violauit tum ne poſtmodū pre inopia efficiatur publica meretrix. Caueat tñ ſtuprator ne illi prouideat more aliquorū qui poſtq̄ multo tp̄e abuſi ſunt aliquibus filiab⁹ tandē tradūt eas nuptui alicui ſeruorum ſuorum aut vicinorum vt ſic honeſtius exerceant ſuam turpitudinem quotiens illis placuerit.

NN ¶ Notandū eſt aut ē ꝙ rapt⁹ ꝗuis ſit ſpecies luxurie diſtincta a ſtupro: qn̄q3 tñ cōcurrit cū ſtupro. Et iō incidētaliter aliquid de ipſo raptu ſub hoc digito dicem⁹ ne oporteat ponere ſextū digitū in manu leproſa luxurie. Dicit ĝ b. Tho. ij. ij. q. cliiij. arti. vij. ꝙ raptus qn̄q3 cōcurrit cū ſtupro: vt dictū eſt. Qn̄q3 inuenitur rapt⁹ ſine ſtupro. Et tertio per oppoſitū qn̄q3 inuenitur ſtuprū ſine raptu. Primo igit̄ qn̄q3 cōcurrit rapt⁹ cū ſtupro: vt cum quis infert violētiā ad hoc ꝙ illicite defloret virginē. Quo q̄dē violentia qn̄q3 infertur tam virgini ꝗ patri eius. Quandoq3 vero ſolum infertur patri et nō virgini: vt pote cum ipſa conſentit ꝙ de domo patris abducatur: q̄ forte amat iuuenem querentem eā habere ī ſpōſā. Itē qn̄q3 puella violēter abducitur a domo parentū et violenter corrumpitur. Qn̄q3 autē violenter abducitur non tñ violenter corrumpit: ſed de volūtate ipſi⁹ ſiue per actū fornicariū ſiue per actū matrimonialē: ſed ſiue ſic: ſiue ſic: ſemꝑ raptus cenſetur. Ecce quō raptus qn̄q3 cōcurrit cū ſtupro. Scđo īuenit̄ raptus ſine ſtupro: vt cū q̄s rapit viduā vel puellā corruptā. Tertio oppoſito mō īuenit̄ ſtuprū ſine raptu vt cū q̄s illicite deflorat virginē abſq3 illatione violētie vt q̄ ipſa ꝯſentit nec reclamat pr̄ quinimmo eā forte ad hoc inducit vt dictū eſt de diuite aut nobili multa promittente tā puelle ꝗ patri ſi modo conſentire velit vt cū ea habeat copulā carnalē abſq3 tñ matrimonio.

OO ¶ Querit̄ circa hoc vtrum raptor poſſit habere in ſponſam illā quā rapuit: videtur ꝙ nō. nā xxxvj. q. ij. placuit: ſic legit̄. Placuit vt hi qui rapiūt feminas vl' furantur vel ſeducunt eas nullatenus eas habeant vxores. ꝗuis ipſas poſtmodum nuptialiter cū conſenſu parentum ſuſceperint. Hec queſtio mouetur ī glo. ſuper pricipio queſtionis predicte que incipit nunc queritur: vbi ſic reſoluitur queſtio. Poteſt vtiq3 raptor raptam habere vxorem peracta penitentia. Et expreſſe ponitur extra de raptoribus capitulo accedens. Et hoc intelligit̄ niſi ſit ſpōſa alterius de p̄ſenti. Tūc enim eſt illi reddenda. Sed ſi ē ſponſa eius de futuro non cogit̄ illam recipere vt patet. xxxvj. q. j. lex illa reſolutorie ergo tenendum eſt ꝙ ſi puella rapta conſenſerit voluntarie in habendo raptorē ſuū in virū: tenet matrimonium. Et huius ratio eſt: q̄a etſi raptus impediat matrimoniū ꝯtrahendū non tñ dirimit contractum. Sed quid dicēdum erit ad predictum decretum quod fuit in ciuitate Meldenſi prope Parriſius celebratū. Ad hoc p̄mo dicit beat⁹ Tho. vbi. ſ. in ſol. ad tertiū ꝙ illud dictū eſt in deteſtatione illi⁹ criminis: ⁊ eſt nūc abrogatū. Scđo d̄r ꝙ p̄dictum decretū pōt intelligi de illis puellis raptis q̄ ſunt alijs deſponſate ꝑ verba de preſenti. Vel vt inquit dn̄s Anto. illud decretum eſt intelligendum qn̄ rapta non conſentit in matrimoniū nec ī raptore: ſꝫ potius in ſtuprū. Cū enī tūc ī peccato ꝯtinue maneant ſunt ſeparādi: ⁊ ſic patet ad queſitum.

PP ¶ De pena aūt raptorū mulierū ſcđꝫ leges ciui. ē pena capitis. Inſuꝑ volunt dicere leges vt ſubſtantia raptoris applicet̄ rapte. ⁊ preſertim ſi rapta fuerit nobilis. Qđ ſi fuerit ignobilis raptor punit̄ capitis truncatiōe: ſed tñ ſubſtantiā nō perdit vt p3. xxxvj. q. j. de raptorib⁹. De decapitatione aūt expreſſe habet̄. C. de rapto. virgi. l. j. que incipit raptores. Unde textum q̄ lex pulchra eſt ⁊ plura ī qua etiam multa dicunt̄ ad propoſitum: facienda ſecundum autem ſacros canones huiuſmodi raptor debet excommunicari cū ſuis fautoribus: vt patet. xxxvj. q. ij. capitu. eos qui rapiunt. Item capitu. de puellis. Patet ergo q̄d ſit rapt⁹ et que pena eius. Et ſic patet de quarto digito ⁊c.

QQ ¶ Quintus digitus man⁹ leproſe luxurie dicit̄ ſacrilegium. In iſto aūt digito tanq̄ in police ſunt tantum due iuncture ſiue articuli qui dicuntur.

Diffinitionis

Offenſionis.

RR ¶ Primus igit̄ articul⁹ pre

dicti digiti dicitur diffinitionis.
pro quo notandū ꝙ ſacrilegiū ſe
cūdū ꝙ eſt ſpecies luxurie ſic ſo=
let diffiniri. Sacrilegiū eſt coitꝰ
exercitus per perſonā ſacrā: vel
cū pſona ſacra.i.que hȝ ordinem
ſacrū.vt ſubdiaconꝰ et ſupra vel
que eſt voto ſolemni continentie
ligata vt perſona religioſa. Ta=
lis autem coitus ꝯuenienter dici
tur ſacrilegiū. Sacrilegium enī
ꝓut eſt ſpecies furti ꝯmittitur cū
ꝗs aufert clandeſtine rem ſacraȝ
etiam de loco non ſacro: vt calicē
vel ſimile: vel cum aufert reȝ non
ſacrā de loco ſacro: vt aurum vel
argentuȝ de theſauro eccl'ie. Sic
etiā ſacrilegium ꝓut eſt ſpecies
luxurie duobꝰ modis cōmittitur
primo quidem cum quis ſolutus
cognoſcit perſonā deo conſecra=
tam: vt monialē. Secundo vero
cuȝ perſona ſacra vt pſbyter aut
religioſus cognoſcit mulierē nō
ꝯſecratā deo. Et iſti duo modi ſa
crilegij carnalis ſunt magis vſi=
tati. Unde prohdolor eſt et alius
modꝰ minꝰ vſitatꝰ ſed tn̄ grauior
cū.ſ.pſōa ſacra cognoſcit pſonā ſa
crā: vt ſacerdos aut religioſꝰ mo
nialem Et iſtud eſt ſacrilegiū du
plex. Duo autē precedentia ſim
plicia ſunt.i.tm̄ rōne vnꝰ pſone
coeſitis. Solutꝰ tn̄ nec ordinatus
in ſacris ſeu vinculo continētie
obligatus cognoſcens monialeȝ
non tm̄ cōmittit ſimplicē fornica
tionē ſed ſacrilegiū eo ꝙ violat
tēplū dn̄i.nā vt dicit beatꝰ Tho.
ij.ij.q.cliij.ar.x. Actus vnius v=
tutis vel vitij ꝗ ordinatur ad fi=
nem alterius vitij aſſumit ſpeciem
illius. Sicut furtum quod cōmit
titur propter adulterium tranſit
in ſpecie adulterij quod eſt gra=
uius furto. Manifeſtum eſt autē
ꝙ obſeruatio caſtitatis ſecundū
ꝙ ordinatur ad cultū dei tranſit
in actum religionis: vt patet in
his qui vouēt virginitatem. Ex
ꝗbus omnibus ſequitur ꝙ luxu=
ria ſecundum ꝙ violat aliqd per
tinēs ad cultum diuinū: ꝑtinet ad
ſpeciē ſacrilegij. patet ergo quid
ſit ſacrilegium in propoſito.

¶ Scđs articulꝰ dicti digi
ti ſacrilegij dicitur offenſionis.
Circa ꝙ notandum ꝙ committen
tes ſacrilegium carnale triplici=
ter offendunt deum: videlicet.
Sponſam eius violando
Templum ipſius polluendo
Sacrum ordinem confundendo

¶ Primo quidem qꝛ violant eiꝰ
ſpōſam. Magnus enī honor ē eē
ſponſam alicuꝰ regis terreni ſȝ
maior eſſe ſponſam imperatoris:
maximus vero eſſe ſponſam Je=
ſu chriſti qui eſt rex regum ꝛ do
minus dn̄antiū. Et ꝗuis omnes
caſte viuentes poſſint vocari ſpō
ſe Chriſti: hoc tn̄ ſpeciali mō cō=
petit his qui ſeruant caſtitatem
voto firmatā huiōi ſunt eccl'iaſti
ci occidentales. et veri religioſi
atꝗ religioſe. Unde cum conſe=
cratur ſiue benedicitur aliqua v
go: ipſa cantat illud quod dice=
bat beata Agatha. Ipſi ſum de
ſponſata, cui angeli ſeruiunt cuiꝰ
pulchritudinem ſol et luna mirā
tur. Ecce in quanto honore con=
ſtituitur perſona religioſa Et iō
ſi laboratur poſtmodum in actuȝ
carnis: dicitur ſacrilegium com
mittere eo.ſ.ꝙ aufert a deo rem



ſacram ꝛ ſibi dicatam O quantū
graue eſt hoc ſacrilegiū ſpiritua
le. Nā tanto eſt grauius ſacrile=
gio materiali quanto anima ſi=
ue rationalis creatura eſt pſtan
tior rebus temporalibus: qꝛ vt le
gitur Eccl'i. xxvi. Nō ē digna pō
deratio anime continentis. Et vt
dt apo.ij. Corinth.iiij. Habemus
theſaurum iſtum in vaſis fictili=
bus.i.corporibus. Et ideo diligē
ter ꝛ caute ſeruandus eſt huiuſ
modi theſaurus caſtitatis. Nam
ſi vas fictile.i.corpus frangatur
per incōtinentiā mox effunditur
ꝛ irreparabiliter deperdit talis
theſaurꝰ caſtitatis: qꝛ vt dicit hie.
ſup illō Amos. v. Uirgo iſrael ꝓ
iecta eſt: ꝛ non ē qui ſuſcitet eaȝ.
Cū cetera poſſit deꝰ virgineȝ nō
poteſt ſuſcitare poſt ruinam po=
teſt quidem eam ſuſcitare ad cul
pa ꝛ et pena debita ſed nō poteſt
coronare corruptā.ſ.aureola vir
ginitas vt legitur. xxxij. queſt. v.
ſi paulus. Ecce qualis ꝛ quantus
eſt theſauruscaſtitatis: ꝛ ideo di
ligenter cuſtodiendus. Quod cō
ſiderans quedā virgo deo dicata
que mirabiliter tentata in actuȝ
carnis lapſa fuerat in tantam tri
ſtitiā deuenit: eo.ſ.ꝙ tm̄ theſaurū
curioſuz mulieris aſpectū capit:
vinculat in corde affligit ꝛ crucia
tur. Et illa q̄ letalē hāc eiecit ſa
gittam ſubito auolans te relinq̄t
Tu vero mortiferam tibi plagā
dediſti. ſ. concupiſcentie cōſentiē
do effrenato ſemel viſus aſpectu
Hec ille. Ex his ꝰ oib⁹ liquet ap
te q̄ꝛ periculoſe agunt illi q̄ omit
tūt claudere oculos ſuos aut di
uertere cū viderint ſibi occurre
re materiam illecebre: ꝛ preſerti
vbi ſentiunt ſe fragiles: ꝛ ad in-
cautos aſpect⁹ atq; interiores cō
cupiſcentias proclines et faciles

¶ Tertio contingit hoīes omit
tere p oculos ſacratiſſimū chriſti
corpus in altari non debito ho-
nore reuerendo. Cū tñ ſcriptū ſit
Deut. viij. Jtē mat. iiij. Dominū
deum tuū adorabis. ſup. ſub ſpe
ciebus ſacramentalib⁹ occulte
exiſtentē. Nā qui aſſiſtunt miſſe
videntes digniſſimuz chriſti cor
pus inter manus ſacerdotis:
debent ipſum reuerenter adora



re tripli. Primo quidē corde p re
ctā fidem de ipſo ſine vacillatio
ne. Ore per deuotam orationem
cū mētis eleuatione vt puta dicē
do. Aue ſalus q̄ ſciūt Uel credo
q̄ ad ſimplices ꝛ ruſticos. Btūs
aūt Tho. de aquino ſolitus erat
dicere in eleuatione corporis et ſā
guinis xp̄i vna cū tre iter medio
illud Tu rex glorie xp̄e. Tu pa
tris ꝛc. vſq; in finnez illi⁹ hymni.
Te deū laudamus. Ad cui⁹ etiā
imitationē multi ſic orant cū ele
uatur ipm ſacrm. Opere per ge-
nuflectionem cū decēti ꝛ hūili to
tius corporis ꝯpoſitione. Et de
iſtis tribus videt loqui ſimil pſ.
bi. Credidi. Ecce fi des recta p
ter qd̄ locut⁹ ſū. Ecce oratio de-
uota. Ego autē hūiliat⁹ ſū ni mis
i. valde. Ecce genuflexio cōgrua
Sz ꝓh dolor multi circa hoc dā
nabiliter omittunt Tū primo qr
non toto corde credūt ibi adeſſe
verū ſacramentū. Aut ſi credūt
nō tñ fide firmata ꝓpter defectū
charitatis ad deū ꝛ proximū. Tū
ſcdo qr tūc deuote ꝛ attente non
orāt. Propter quod de multis po
teſt dicere xp̄us illd̄ qd̄ olim di-
xit iudeis Mat. xv. Conformiter
ad prophetiam Eſay. xxix. Popu
lus hic. i. iſte indeuotus vel hec
īd eſt niſi labijs me honorat cor
autem eorū longe eſt a me. Tum
tertio quia multi viri vix tūc po
nunt vnū genu ad terrā. Cūq; ſa
cerdos reclinauerit calicē ſuper
altare tales ſolent feſtināter ſur
gere ꝛ brachijs ſe mutuo ſuſten
tātes vagātur per eccleſiā potiſ
ſime vbi locus ſpacioſus eſt con
fabulātes ꝛ corridētes formoſas
mulieres diſcernētes: ꝛ oc'los li-
bidinoſos cū nutib⁹ i eas ꝯuerte
tes. Et he īſolentie plurimū ſolēt
ꝯmitti in eccleſijs cathedralib⁹
et collegiatis: ad quas die feſto
ſe ꝯferūt tales viri diſſoluti ꝛ in
fames: nō ꝓpter Jeſum tantū: ſz
vt paſcāt oculos ſuos predictis
vanitatib⁹ ꝛ ille cerebroſis aſpe-
ctib⁹. Quib⁹ eſſet melius miſſaz
nō audire: ſz poti⁹ i lectis ſuis fe
brib⁹ eſtuare q̄rtanis. Nā tales
ſub diuinis taliter p eccleſiā va
gantes alios illic cauſa deuotio
nis accedētes īpediūt a ſua cōtē
platione ꝛ deuotiōe. Jnſup ſimil
et in feſti eccleſiaſticis diuina ce
lebrātib⁹: pariter ꝛ predicatori-
bus: atq; diuinū verbū audire cu
pientib⁹. Propter qd̄ in eccl'ia ca-
thedrali Rothomageñ. ab antiq̄
eſt in ſcriptis lata ſnīa excōmuni
cationis in publico affixa ꝛ q̄ fre
quēter renouat ꝯ tales girouā-
gos p dictā eccleſiā vagātes ꝛ ꝯ
fabulātes q̄ticūq; ſit ibi ſer. ad ppl'z
Quo non obſtante multi taliū nō
deſiſtūt a talib⁹ vagationib⁹ ꝛ cō
fabulationib⁹ i maximū diſcrimē
aiaꝝ ſuarum tāq; īmemores ſue
ſalutis. Quos dñs dignet viſita-
re ꝛ illuminare vna cum ceteris
omittētib⁹ diuinū honorem īpē-
dere veneratiſſimo ſacramēto al
taris cum diuina celebrātur.

¶ Capitulum quartum de omiſ-
ſione reſpectu aurium.

Confiteor tibi dñe
pater celi ꝛ terre
quia peccaui ni-
mis omiſſiōe. mat
thei. xi.

¶ Poſtq̄ i pcedē

ti capitulo habitum eſt de omiſ=
ſiõe reſpectu oculorũ hic ꝯſequẽ
ter tractandũ ẽ de omiſſione re=
ſpectu auriũ d̄ q̄ ſubdit ipſ̄. vbi
S. Aures habẽt.ſ.peccatores ⁊ ñ
audiẽt q̄ ſupple audire tenẽtur.
Circa qd̄ notãdũ ꝙ cõtingit mul
tos omittere p̱ aures tripl'r vcꝫ.
Miſſam non audiendo
Predicationem negligendo
Correctionem non ſuſcipiendo.
A ¶ Primo igit̄ contingit omit
tere culpabiliter p̱ aures miſſam
non audiendo.ſ.dieb⁹ dñicis ⁊ fe
ſtis. Maxime cũ eccleſia hoc di=
ſtricte precipiat vt patet de cõſe
cra.diſt.i.c.miſſas vbi ſic dicitur
Miſſas die dñico ſecularib⁹ to=
tas audire ſpeciali ordine preci
pimus ita ante bñdictionem ſa=
cerdotis populus egredi non p̄=
ſumat. Q꜡ ſi fecerit ab epõ publi
ce ꝯfundantur. Et vt dicit domi.
Petr⁹ de palu.in.iiij.ſen.itinerã
tes non excuſant̄ ab hoc p̄cepto
dũmõ poſſint ꝯmode miſſam au=
dire. Alias ſecus ẽ Verbi gratia
Aliqs viator ẽ in ſocietate aliq̃ꝝ
qui die dominico nolunt expecta
re miſſaꝫ: ipſe autem non poteſt
cõmode dimittere dictam ſocieta
tem vel' qꝛ viã neſcit quia diffici
lis eſt et periculoſa vel qꝛ eſt ru
mor latrones in ea latitare ⁊ hu=
iuſmodi. In his ei caſibus aut ſi
milibus talis non peccat miſſã
non audiẽdo in die feſto. Debet
tamen dolere ꝙ non habet opor
tunitatem miſſam non audiendi
¶ Circa aũt predictum decretuꝫ
poſſunt moueri aliqua dubia pro
maiori illius declaratione.
¶ Primũ igitur dubium eſt tale.
Utrũ clerici ⁊ religioſi teneãtur
die dñico audire miſſam. Videt̄
ꝙ nõ qꝛ decretũ nõ facit mentio
nẽ de talib⁹ ſꝫ de ſecularib⁹ vt pꝫ
intuẽti textũ. Igit̄. Rñſio aut cle
rici ⁊ religioſi die dñico celebrãt
aut ex rationabili cã nõ celebrãt
Si nõ celebrãt q̃tcũqꝫ habeãt
cauſam rõnabilẽ nõ celebrandi te
nentur tñ ſub pena peccati morta
lis audire miſſaꝫ ex itegro ſi poſ
ſũt. Tũ primo qꝛ vt dixit maxia
thopica ſi id qd̄ min⁹ videt̄ ineſ=
ſe ineſt ⁊ id qd̄ magis. Sꝫ min⁹
videt̄ ꝙ ſeculares teneãtur audi
re miſſam die dominico q̃ꝫ cleri=
ci non celebrantes maxĩe cũ cleri
ci et religioſi ſint pre ceteris de=
dicati cultui diuino vt pꝫ.xij.q.
j.duo.ſunt. Igit̄. Tũ ſecundo qꝛ
clerici et religioſi debent p̄cede
re populũ reliquũ verbo doctri=
ne ⁊ exẽplo bõe vite. Qd̄ nõ face
rent ſi die dñico non audirẽt miſ
ſam preſertim vbi non celebrant.
Igit̄. Tũ tertio qꝛ ĩ toto corpore
iuris canonici nullum inuenitur
preceptum generale ad laicos ſe
extendens ꝙ etiã nõ ſe extendat
ad clericos et religioſos. Igitur.
Si vero predicti celebrãt die do
minico prout ipſos admõet Au=
guſti. ⁊ recitatur de ꝯſecra. diſt.
ij. quotidie tunc non ſunt iudicãn
di mortaliter omittere ſi non aſſi
ſtant miſſe parrochiali ſiue colle
giali aut conuentuali quo ad reli
gioſos. Alias epiſcopi et curati
atqꝫ religionũ prelati nõ p̱mitte
rent paſſim et indifferenter ſacer
dotes in eccleſijs ſuis celebrare
ſub diuinis etiam durante princi
pali miſſa. Cuius tñ contrariũ vi



demus quaſi vbiqꝫ. Bonum tñ ẽ
vt tali hora celebrẽt ſi ꝯmode fie
ri poſſit ꝙ poſſunt intereſſe ſum=
me miſſe die dñico et eam ad lon
gum audire. Et vidi diligẽter ob
ſeruari a viris religioſis.
C ¶ Scd̄ꝫ dubiũ ẽ tale Utrũ
omittens audire miſſã in die fe=
ſto qd̄ ẽ de p̄cepto eccl'ie et qd̄ oc
currit ext̄ diẽ dñicã peccet morta
l'r. Videt̄ qd̄ nõ qꝛ in loco p̄alle=
gato ſeu decreto nõ fit mẽtio niſi
de die dñico. Igit̄ Rñdet̄ ad hoc
dubiũ ꝙ talis ſic omittẽs peccat
mortal'r niſi aliũde excuſet̄. Hoc
aũt ſic ꝓbat dñs. Anto.in.iij.pa.
ſum.ſue.tit.ix.c.x.§.j. Ubicũqꝫ ẽ
eadem ratio ibi idem ius eſſe dꝫ
eo' de qd̄ ſimilibus ſimile eſt iu=
dicium dicente imperatore.ff.ad
legem aquiliam.l.illud ꝙ ſimilis
equitatis rõ ſiẽa iura ſuadere dꝫ
Sꝫ ſic eſt ꝙ rõ q̃re fuit factũ pre
dictum ſtatutũ de audienda miſ
ſa die dñico videtur fuiſſe vt ſaltẽ
in hoc modico tpe vacet̄ diuinis
Cũ ergo nõ alia de cauſa fuerint
ſuper addita alia feſta, vltra dies
dominicos ſub p̄cepto feriatiõis
niſi vt, vacetur diuinis videtur ꝙ
iſte modus determinatus per ec
cleſiam in vacãdo diuinis die do
minico per auditum miſſe debe=
at extendi ad alia feſta Probat
hoc ideꝫ per hoc quod habetur
extra de parrochijs capitu lo vt
dominicis vbi cũ agitur de audi
tu miſſe adduntur ad dies domi
nicos et alia feſta ſic enim ibi di
citur. Ut dominicis vel feſtiuis
dieb⁹ preſbyteri anteq̃ꝫ celebrent
miſſam interrogent plebem ſi al
terius parrochianus ſit in eccle=
ſia qui ꝓprio conteẽpto preſbyte=
ro ibi velit miſſam audire. Quẽ
ſi inuenerint ſtatim ab eccl'ia abij
ciant. hec ibi. Ex qb⁹ verbis apte
innuit̄ ꝙ dicta decretalis p̄ſuppo=
nit populũ eq̃liter debere ꝯuenir̄
ad eccl'iaꝫ in die feſto miſſã audi
tur⁹ ſicut in die dñico. Cõfirmãt̄
p̄dicta p̱ ꝯmunẽ modũ dicẽdi do
ctorũ dicẽtiũ ꝙ in aliquibus baſ
ſis feſtis licet ex charitate arare
agrum pauperis vel ſimilia ope
ra ſeruilia facer̄ ex quadam gra
tuitate dũmodo tales non omit=
tant diuina.i.miſſam. Indulgent
etiam dioceſani vt ſui ſubditi in
nonnullis baſſis feſtis que vocat
vulgus feſta brachiorũ poſt miſ=
ſaꝫ poſſint licite ire ad opera ſua
ſeruilia ſeu manualia.
¶ Cõfirmant̄ iterũ q̃dicta p̱ iſtd̄
decretũ qd̄ habet̄ de ꝯſecra.di.j.
q̃ in die. Ubi dr̄ ꝙ ille q̃ vadit ad
ſpectacula in die ſolẽni itermiſſo
eccl'ie ꝯuẽtu dꝫ excõicari. Qd̄ ex
ponẽs d̄ pal.iiij.ſẽ.diſt.xv.q.v.dt̄
ꝙ ꝯuent⁹ eccl'ie eſt ꝯgregatio po
puli ad eccl'iam hora miſſe vel ve
ſperarũ ꝯueniens aut etiã diuini
verbi qñ ſeccl'ia ꝓponitur. Et idõ
cõcludit p̄dict⁹ doctor ꝙ illi mor
taliter peccãt qui ſine caũa iuſta
nõ audiũt diuina ĩ die feſto. Nec
ſequit ab hoc excipiũt̄ ſerui pluſq̃ꝫ
dñi nec ſimilit̄ ancille pluſq̃ꝫ dñe.
Maxime cum ſerui et ancille ita
debeant ⁊ teneant̄ die feſto quie
ſcere et deo vacare ſicut dñi ⁊ do
mine eorũ. Et ideo tales ſolẽt in
die feſto mitti ad miſſam matuti
nam ſeu paruã. Ceteri aũt expe=
ctant maiorẽ miſſam. Q꜡ ſi vnica
miſſa celebret̄ in eccleſia parro=

chiali: ſicut frequenter accidit i
paruis prochiis: ꝛ ſignāter i baſ
ſis feſtis: tunc excuſant ſerui et
ancille ab audientia miſſe pro il=
la die preſertim ſi ſint neceſſarii
ad cuſtodiā dom⁹ vel puulorum
aut etiā aialiū que cōmode non
poſſunt cuſtodiri in ſtabulo quo
uſq; miſſa ſit dicta. Qḋ maxime
accidit in feruenti eſtate: in q̄ tā
tum ſolet pecora duci ad paſcua
hora matutina: quouſq; incalue
rit ſol. Et ſic patet ad dubium.
D ¶ Tertiū dubiū eſt. Utrum
omittēs audire veſpas i die feſto
ꝛ preſertim i locis i q̄b⁹ ſolēt de=
cantari: peccet mortaliter: videt
q̄ nō q̄ p̄dictū decretū nō facit
mentionē de veſperis: ſed tm̄ de
miſſa. R̄ndet ad hoc dubiū q̄ nō
videt eſſe tanta obligatio ad au
diendū veſperas i die feſto: ſicut
miſſam. Tū q̄ longe differt my=
ſteriū miſſe a myſterio veſperaꝝ
ꝛ ſignāter ꝓpter ꝯſecrationez et
oſtentionē ſacramēti altaris. Tū
q̄ i miſſa ꝛ ſignāter prochiali ſo
lent in prono annunciari feſta oc=
currentia p hebdomadā pariter
ꝛ ieiunia. Itē interdū excōicatio
nes fulminari. de pdita aut abla
ta reperi: ꝛ ſimilia vt circa talia
nullus pretendat ignorātiā. Tū
q̄ nōnulli multū diſtāt a ſuis ec
cleſiis prochialib⁹: quib⁹ valde
oneroſuz ꝛ moleſtū eēt redire ad
veſperas. Et iō videt q̄ tales ſic
diſtātes nō peccēt mortalr̄ ſi nō
redeant oīn die dn̄ico et feſto ad
veſpas. Nō vellēt tn̄ excuſare a
mortali capita domoꝝ: atq; potē
tes: ꝛ excuſationē legitimam nō
habentes: ſi non interſint aliqñ
dicto officio: ꝛ ſignanter in preci
puis ſolēnitatib⁹. Qui aūt prope
eccleſiā morant ſicut in ciuitati=
bus ꝛ burgis cōtingit: nō vident
excuſari a mortali pctō niſi aliud
ponat: ſi nō audiūt veſperas i die
feſto. Et ꝙuis de hoc nullum ſit
p̄ceptū expreſſum ſcriptū: tn̄ lau=
dabilis ꝯſuetudo vr̄ hic habere
vim p̄cepti. Et hanc partez dn̄s
Petr⁹ d̄ pal. vbi. s. Sec⁹ aūt de
p̄mis veſperis q̄ ſolēt dici in vi=
giliis ſctōꝝ ꝛ ſilr̄ dieb⁹ ſabbati=
nis: q̄ ei talib⁹ īterſūt bene agūt
q̄ xp̄o nō dūmodo nō faciāt hoc ex
ꝯtēptu nec habeāt i deriſuz illos
q̄ interſunt aut q̄ vadūt nō peccāt
mortalr̄. Marie cū hoc ſit op⁹ ſu
perogatiōis: ſeu ꝯſiliū q̄d operat qui
vult ꝛ p̄t ex p̄dictis ḡ poſſumus
īferre q̄ illi nō excuſant ab omiſ
ſiōe valde graui q̄ cū ꝓpe eccliā
ſint ꝯſtituti: minime tn̄ interſunt
veſpis quinimo durātib⁹ diuinis
nōnulli eoꝝ ludūt ad pilā aliq̄ du
cunt choreas: alij ingurgitant ſe
vino in taberna: aliū reuiſitant li
bros regū: vt q̄ ludūt ad chartas
ꝛ decios aliū vadūt ad loca inho=
neſtiſſima ibi opantes q̄ nō lꝫ hoi
loqui aliū diſcurrūt p plateas aut
prata alij ſtant ocioſi ad portas
ſuas forte cōfabulātes: aut de ab
ſētib⁹ detrahētes aliū vagāt p cā
pos aut ſyluas venando vl̄ volā
do cū auib⁹ aliū reuiſitant ſua rō
cinia et ſic de multis aliis in ſolē
tiis ꝛ occupationib⁹ malis ꝛ dam
natiſſimis q̄s exercere ſolent mū
dani in die feſto: etiam illis tem
poribus et horis quibus conue=
nire deberet ad eccleſiam diuīa
audituri: Propt̄ que mala meri=



to ꝯqueritꝰ dn̄s de populo xp̄iano
dicēs Eſa. i. Iniqui ſunt cet⁹ vr̄i.
Calēdas nr̄as ꝛ ſolennitates ve=
ſtras odiuit aīa mea. Facta ſunt
mihi moleſta laboraui ſuſtinens
E ¶ Quartum dubium eſt tale
Utrū ille mulieres generoſe que
poſt mortē recedentē maritoꝝ ſu
oꝝ ſtāt in domib⁹ ſuis q̄ſi recluſe
ſe vſq; ad ꝯtrū tēpus excuſent
a pctō ſi diuina nō audiunt. R̄nde
tur q̄ nō ꝛ p̄cipue ſi per notabile
tēp⁹ ſic maneāt lic⁹ aūt ſi ad pau
cos dies maria et Magdalēa ſilr̄
ꝛ ſoror ſua Marta mltū nobiles
erant atq; generoſe: ꝛ tn̄ quarto
die poſt obitum lazari fratis ea
rum audito q̄ Ieſus aduenijſſet:
mox relicto comitatu virorum ac
mulierum qui venerant vt ꝯſola
rentur eas ſuper morte dicti fra
tris exierunt domum ſuam vt oc
currerent ei. Io. xi. Si ergo dicte
ſorores poſt tam recētē obitū fra
tris ſui venerunt ad xp̄ꝫ adhuc
mortalē multo forti⁹ hodie acce=
dendū ē ad eū iā glo̾ſū cū ſacra
liter oſtendit i miſſa. Sed dicunt
tales mulieres hēāt eē ꝯſuetudinē
mulierū nobiliū vt vſq; ad tēp⁹
domū non exeāt mortuis maritꝭ
in ſignum luctus ꝛ triſtitie. Qui
bus reſpodendum eſt q̄ talis cō=
ſuetudo nō de obligat eas a com
muni precepto eccleſie de audien
da miſſa die dn̄ico et feſto de quo
de conſecra. di. i. miſſas: ſaltem ſi
taliter omittant per aliquos mē
ſes. Quinimo talibus poteſt dici
illud quod olim iproperauit xp̄s
ſcribis et phariſeis Iudeorum
Mat. xv. dicens. Irritum feciſtis
mandatum dei ꝓpter traditionē
veſtraꝫ. Inſup cōſuetudo ſine ve
ritate vetuſtas eſt erroris vt d̄r
Cyprianus ꝛ recitat in dec. diſt.
viii. ꝯſuetudo Itē ex̄ de iudiciis. c
clerici. d̄r q̄ ꝯſuetudo iuri ſcripto
nō p̄iudicat ſilr̄ ex̄ de ꝯſuetudie
ca. ad noſtrā audiētiā d̄r q̄ ꝯſue
tudo iuri ꝯtria nō valet. Modo ta
lis ꝯſuetudo nobiliū mulierū nō
veniēdi ad eccliā poſt mortē ma
riti poſt mēſē vl̄ mēſes ē ꝯtria iu
ri ſcripto vt expreſſe cauet i p̄dic
to. c. miſſas Igit̄. Preterea p̄di=
cta ꝯſuetudo nō eſt gn̄alis q̄ eā
non obſeruant pauperes mulie
res viduate et orbate viro vt ad
ſenſuz pꝫ Que etiā ſūt mlto plu
res q̄ gn̄oſe et nobiles. Et ita nō
videt q̄ nobiles poſſint ſibi face=
re ſpecialē cōſuetudinez iuri com
muni ꝯtrariā. Tolerande ḡ ſunt
in ſua ꝯſuetudine ꝓ modico tpe
ſed caueant ſibi a nimio: ne per
omiſſionem auarū. i. audiendi di
uina: tpe et loco mortalr̄ peccent
F ¶ Quintum dubium eſt tale.
Utrū illi q̄ non ſunt in principio
miſſe quā ſūt audituri die dn̄ico
aut feſto mortalr̄ peccent. Et ea
dē q̄ſtio p̄t fieri de illis qui añ fi
nē miſſe recedūt. Ur̄ q̄ peccēt q̄
forma decreti ſepe allegati ē talis
q̄ ſeculares die dn̄ico miſſas to=
tas audire debent ita vt añ bn̄di
ctionem ſacerdotis quaſ ſupple
dat: in fine miſſe dicēs. Ite ſupple
ad. propria: quia miſſa ē dicta. vl̄
miſſa eſt ſacra hoſtia ad deum pa
trem: vt ſit propitiatio pro pecca
tis veſtris: ante in quam benedi
ctionem talē populus egredi nō
preſumat. Reſpōdetur q̄ ſi tales
hoc ducerent in conſuetudinē et

ceſſaret legitimum impedimẽtū
nullomõ poſſet excuſari a morta
li. Sec⁹ aūt vbi hoc raro accidit
etiã cum aliqua occaſiõe honeſta
Dñs aūt Anto. i ſum. ſua. par. ii.
ti. ix. c. x. §. i. dt ꝙ ꝯtīgit aliquē nõ
audire miſſã totã dupl'r. Uno mõ
omittẽdo aliq̃d modicū vt puta i
troitū miſſe. Aliomõ omittendo
aliquã ptẽ notabilẽ vt puta me=
diã partẽ: vel tertiã. Qui ĝ pmo
modo omittit nõ videtur pecca=
re mortaliter nec etiã venialiter.
Tū qr de modico non eſt multū
curandū quinimmo modicū pro
nihilo reputatur. Tum et pre=
ceptum eccleſie nõ eſt ita ſtricte
interpretãdū vt dicit idẽ Anto.
Qui vero ſecūdo modo omittit:
non poteſt a mortali excuſari. Di
cit ēt idẽ doctor ꝙ miniſtri miſſe
qui aliqñ hincinde diſcurrūt pro
his que expediunt in miſſis ſo=
lẽ nibus ſicut pro thure ⁊ vino et
hmõi intelligẽdi ſūt adeſſe miſſe
etiã pro illa parte tpis quã in ta
lib⁹ expendūt. Et breuiter q̃uis
regulariter multitudo xpianorū
⁊ preſertim adultorū debeat au=
dire miſſam in die feſto a princi=
pio vſq; in finẽ ab hac tñ gñalita
te videntᷣ multi poſſe excuſari vt
ſūt īfirmi: nutrices debiles ſerui
⁊ ancille: q̃ non pñt per notabile
tps domū relinquere. J. ẽ pegri=
ni ſeu viatores quorū ſocii nolūt
diu in eccleſia ſtare: Jtẽ cuſtodes
infirmorum q̃ non poſſunt eẽ diu
abſentes ab ipſis infirmis. Item
matres que habent paruulos q̃s
non poſſunt diu dimittere abſq;
periculo. Item illi qui habent le
gitima ipedimẽta vel ardua ne=
gocia que nõ poſſūt dimittere ſi
ne magno detrimento ſcandalo
vl' piculo. Jtẽ paruuli quouſq;
habuerint vſum rationis excuſã
tur ſi non audiunt miſſam. Sed
ex quo incipiūt habere vſum ra
tionis ad hoc tenentur vt dicit
de pal. in quart. diſtin. xv.
§ ¶ Notandū ĝ ꝙ q̃uis nullū
eſſet preceptū aut ſtatutū factum
de audienda miſſa itegre in die
dñico ⁊ feſto adhuc tñ valde ex=
pedit ita facere tū rõne principii
miſſe tū rõne medii tū rõne finis
¶ Pmo dicẽ ratione principii Nã
in miſſa ſolet premitti. Confiteor
cum abſolutione quam facit ſa=
cerdos di. abſolutionẽ ⁊ remiſſio
ꝛc. Et p hanc ꝯfeſſionẽ vna cum
abſolutione q̃uis hoc totū nõ ſit
ſacrm̄ eſt tñ aliquid ſacramẽtale
remittuntᷣ venialia pctã in habẽ=
te gratiã. Ualde ergo ſalubre eſt
feſtinanter accedere ad miſſam
vt ſic accedentes poſſit facere ta
lem ꝯfeſſionẽ. Ad qđ nos admo
net. P. S. dicens. Introite portas
ei⁹. i. eccleſie in ꝯfeſſione Et idẽ
iudiciū eſt de illa cõfeſſione que
fit in fine pmarū ⁊ pncipio cõple=
torii ſcđm vſum fratrū predica
torū. Sic. em̄ dicit. b. Tho. iiii.
ſen. diſt. xxi. q. ii. art. i. Pterᷣ hoc i
pricipio miſſe dñicalis ſolet bene
dici aqua. Qua benedicta ſolet
cum ea popul⁹ aſpergi. Per quã
etiam aſperſionem delentur ve=
nialia in habente gratiam vt no
tat idem doctor in. iiii. ſenten. di.
ii. Et ſil'r. iii. parte. q. lxv. artic. i.
in ſol. ad. viii. Ad idem eſt decre
tū de ꝯſecra. di. iii. aquam. Et pre
ter hunc effectū valet etiam talis



aſperſio aque bñdicte i pncipio
miſſe ad preſeruãdū hoīem pec
catorẽ ne totaliter tradatᷣ in ma
nus inimici. Et de hoc aliqua ex
tant exempla que pertranſeo.
¶ Scđo mltū valet audire miſſã
integre rõne medii. Qui em̄ tota
liter ipſam audiūt in pmis ſũt pti
cipes oim ſuffragiorū miſſe. Jtẽ
audiūt xpm loq̃ntẽ cū euangeliū
legitᷣ. Propter cui⁹ reuerentiã de
bẽt ſurgere: ⁊ ſtantes dictū euã=
geliū audire: vt notatᷣ de ꝯſec. di.
i. apl'ica. Similẽ qñ ſacerdos di=
cit. Surſum corda dꝫ ppl's ſurge
re. vt dñi rñdet plebs. habem⁹ ad
dñm admoneatᷣ nihil ſe aliud q̃ȝ
dñm cogitare debere: vt dt Cy=
prian⁹: ⁊ ſil'r recitatᷣ de cõſec. di. i.
qñ ꝯñr cū ſacerdos venit ad cõ=
ſecrationẽ corporis ⁊ ſanguinis
dñi debẽt ipī oẽs aſſiſtẽtes deuo=
te adorare: ⁊ ſint i orõne hūiliter
quouſq; ſacerdos ſumpſerit ipm
ſacrm. Nã ſi rex aut pnceps ſoli
tus ſit parcere pſtratis: alias eſ=
ſet durior ⁊ crudelior leone q̃to
magis credẽdū eſt bñdictū Jeſū
in altari ſacramẽtaliter exiſten=
tem: veniã ipartiri oibus xpia=
nis deuote pſtratis ſeu genua fle
ctẽtib⁹ a tẽpore cõſecrationis vſ
q; ad ſumptionẽ eiuſdẽ ſacramẽ
ti per ſacerdotẽ. Et ſicut ipſe ſa=
cerdos ſumit Chriſti corp⁹ ⁊ ſan
guinẽ ſacramẽtaliter ſic ⁊ popu
lus ipm deuote adorãs ⁊ cum fi
de ſyncera: ſumit ſpiritualiter. i.
per gratiã Juxta illud verbum
Auguſt. ſup Joan. tractu. xxv. ⁊
ſil'r recitatᷣ de ꝯſecra. di. ii. vt qđ
Crede et mãducaſti. Similiter
datur pax populo in ſignum pa
cis cū deo et proximo. Ecce q̃tū
prodeſt audire miſſam q̃tum a i
medium illius.
¶ Tertio hoc idẽ multū valet rõ
ne finis. Nã i fine miſſe ⁊ ſignantᷣ
in die dñico ſolet dari panis bñ=
dict⁹ a ſacerdote. Cui⁹ deuota ſū
ptio delet venialia ſcđꝫ dñꝫ Pe=
trū de pal. in. iiii. diſt. xvi. q. i. hoc
aūt nõ opatur alius panis: q̃uis
cū bñdictiõe ſumatᷣ vt dicit idem
doctor. Et ideo nõ incõuenit ſu=
mere dictum panẽ bñdictū intra
eccl'iam: dūmodo ex deuotione et
cū reuerentia fiat. Nõnulli autẽ
ipm cuſtodiūt p totã hebdomadã
taliter ꝙ quolꝫ die priuſq; aliud
ſumãt cibū de ipſo aliquid deuo
te guſtant qđ eſt valde laudabi=
le. Et nota ꝙ datur populo talis
panis bñdict⁹ potius in die dñi=
co q̃ȝ aliis dieb⁹ feſtis occurrẽti
b⁹ p hebdomadã: et hoc ad reme
morãdū ꝙ in primitiua eccl'ia ol
die dñico ſuſcipiebãt xpiani pa=
nẽ bñdictiſſimū. i. xpi corp⁹. Poſt
modū frigeſcente deuotione fide
liū deuentū eſt ad ter in anno: vt
pꝫ de ꝯſecra. di. ii. et ſi nõ frequen
tius vcꝫ in feſto paſche. penthe=
coſtes: et natiuitatis dñi. Poſtre
mo ordinatū eſt vt ſaltem ad mi
nus ſemel in anno ſcꝫ in paſcha
te ſumatᷣ a quolibꝫ xpiano qui ad
annos diſcretionis iã puenit vt
pꝫ ex̃ õ pe. ⁊ remiſ. oĩs vtriuſq; ſe
xus. Preterea q̃ ſic aſſiſtunt ad lõ
gū miſſe ⁊ aliter pe rampl⁹ ſunt
participes ſuffragiorū ipſius miſ
ſe: q̃ȝ illi qui tm̄ aſſiſtunt vni par=
ti. Et quib⁹ omnib⁹ liquet aper=
te q̃tum proſit audire miſſaꝫ in
tegram in die dñico. Quod etiã

patet per ſequens exemplum.
¶ Refert enī dñs anto. vbi. ſ. de
duobꝰ iuuenibꝰ ſocijs q̄ quadã
die exierunt ad capiendas aues
Unꝰ enī audierat miſſã die illo
alter aūt nō. Cū itaq̄ eſſent pari
ter in cāpis: mox facta ſūt toni=
trua ⁊ fulgura maxima. Facta ꝙ
eſt vox de celo dicēs. Percut: p
cute eū. Et ſic qui miſſam nō au
dierat percuſſus interijt.

h ¶ Sextū dubiū eſt tale. vtrū
quilibet adultꝰ prochianꝰ teneat
die dñico ⁊ feſto audire miſſam
prochialē. Uidet ꝙ ſic. Nā ex. de
prochijs ⁊ alienis prochianis. c.
vt dñicis dicit ꝙ pbr̄i diebꝰ dñi=
cis aut feſtis celebraturi debent
primū interrogare ſi ibi ſit alie=
nus prochianꝰ volens ibi audi=
re miſſam. Qḋ ſi aliqs talis ibi i
ueniat: dꝫ ab eccl'ia abijci. Ex q̄
videtur inui ꝙ q̄libet tenet audi
re miſſam ſui curati. Rñdetur ad
hoc dubiū p talē diſtinctionem.
Aut ille qui in die dñico ⁊ feſto
vadit extra eccleſiā ſuā prochia
lē auditurꝰ miſſam: hoc facit ex
cōtēptu ſui curati: aut ſine cōtē=
ptu: ſed ex cauſa rationabili. Si
primū tūc talis peccat mortalit:
maxie cum ois cōtēptus ſui pre=
lati aut ſuperioris ſit de ſe mor=
talis. Et iſtud tangit nōnullos q̄
poſtq̄ habuerūt lites ꝯ curatū
ſuū ſine rōne decimarū: aut alio=
rū iuriū eccleſie: ſiue ex alia cau
ſa iurāt ſe nō audituros miſſam
eius de toto anno. Itē tangit il
los qui dicūt de curato ſuo ꝙ nō
eſt niſi vna beſtia ⁊ ꝙ eque bene
cantarent miſſam ſi eſſent in ſa=
cris ſicut ipſe: ⁊ ſic de alijs. Si ſe
cundū. i. ſine cōtēptu aliqs ſe trāſ
ferat ad alienā eccl'iam: qꝛ forte ſ
ibi inuenit maiorē occaſionē de
uotionis ⁊ recollectionis vel qꝛ
ibi deuotius cantat diuinū offm̄
vel qꝛ nō ibi tantꝰ tumultꝰ ſicut
in eccl'ia prochiali vel qꝛ ibi eſt
ſermo: ſiue qꝛ eſt feſtū illius ec=
cleſie aut qꝛ ſunt ibi certe indul
gentie. ⁊ ſic de alijs tūc talis non
peccat imo bene ⁊ prudēter agit
Nec talis facit ꝯ preallegatā de
cretalē vt dñicis: qꝛ illa loquitur
de prochiano q̄ cōtempto ꝓprio
curato vadit alibi auditurus di
uina vt patet intuenti textū. Et
ideo illi ſunt icrepandi: ſed potꝰ
laudandi qui die feſto ſe confe=
runt ad ecleſias mendicātiū ibi
audituri diuina. Si tū hoc vel=
lent ducere ad cōſuetudinē: ꝯſu
lerē eis tum ꝓpter meritū obe
dientie: tum ꝓpter pacem habē
dam cū ſuis curatis tum ꝓpter
vitandū ſcandalū ſiue murmur
aliquorū: vt dicerēt ſuis curatis
nō egre ferre ſi alibi ſe transfe=
rant in die feſto. Itē conſulerem
talibꝰ ꝙ interdū ſe cōferrent ad
miſſam prochialē ⁊ ꝙ nihil omit
terent de oblationibꝰ ſolitis of=
ferri. Similiter illi qui ſe tranſ=
ferunt ad matricē ſeu cathedra=
lem eccl'iam audituri diuina vi
dent pro illa vice abſoluta a miſ
ſa prochiali cū illa ſit pricipalis
prochia oim̄ exiſtētiū i toto dio
ceſi. Et eſt in hoc ſimile ſicut de
illo qui ꝯfitetur epō aut eiꝰ peni
tentiario: qui pro illa vice non te
netur confiteri curato ſuo.

i ¶ Septimū dubium eſt tale.
Utrum preceptū de audienda



miſſa: om̄i die dñico: ⁊ feſto reſpe
ciat auctoritatē prochialē. Rñ=
ſio: decretū hoc non exprimit vt
pꝫ intuēti formā preallegati. ca.
Miſſas de ꝯſec. diſt. i. Neq̄ etiā
glo. ſup hoc aliquid dicit. Nihilo
minꝰ. c. vt dñicis. e. ti. de prochijs
videt ſatis innuere ꝙ intelligat
de miſſa prochiali: maxie cū ibi
dicat ꝙ pbr̄i celebraturi dñicis
diebꝰ ⁊ feſtis debēt interrogare
ſi ibi aſſit alterꝰ prochianꝰ q̄ cō
tēpto ꝓprio pbr̄o velit ibi miſ=
ſam audire. Quo cōpto ipm̄ ide
abijciāt: vt ſupple vadat audire
miſſam ſui ordinarij. Sꝫ qꝛ non
oēs qui tenent audire miſſam in
die feſto poſſūt ꝯmode intereſſe
miſſe prochiali: ſed opꝰ eſt aliqs
remanere domi varijs de cauſis
ideo dicta decretalis eſt pie iter
pretanda. Et qḋ ſolet ꝯmuniter
a vulgo dici ꝙ de tribus dñicis
opꝫ ſaltē in vna earū audire miſ
ſam prochialē nullibi eſt ſcriptū
nec in decreto magno: neq̄ i de=
cretalibꝰ ſiue antiquis ſiue no=
uellis. Potuit tū ſic fuiſſe ordina
tum p ſtatuta ſynodalia q̄ ad ali
quas dioceſes. Nō quidem ſic ꝙ
ſufficiat ſubditis de tribꝰ dñicis
tm̄ teneri ad vnā indeterminate
Tale enī ſtatutū eſſet directe ꝯ
ordinationē gñalē ſacrorū ꝯſilio
rū ⁊ totiꝰ eccl'ie. Sed adhuc ſen
ſum ꝙ q̄ in tribꝰ dñicis cōtinuis
miſſam nō audierit venit puniē=
dus ⁊ ad iudiciū vocādus. Circa
hoc ꝗ valde increpāde ſūt delica
te mulieres et precipue nobiles
q̄ ſolent tarde ſurgere: ita vt vix
ſemel in menſe interſint miſſe pro
chiali ⁊ adhuc tm̄ in parte. Sed
ne puneant miſſa hñt capellanos
ſuos quos faciūt freq̄nter diu ex
pectare. Nouit aūt ē deꝰ cū q̄ pa
tientia. Illi aūt de lecto vadūt ad
miſſā ⁊ de miſſa ad menſā. Quo
aūt ad viros nobiles multi eorū
in die feſto mane audiūt miſſam
ꝓuatā ⁊ poſtmodū currūt ad ve
nationē. Alij aūt qñ placet eis i=
perant curatis ſeu eoꝝ vicarijs:
vt cito ſe expediāt d miſſis ſuis.
Alij volūt miſſam prochialē vno
die notabilit anticipari. Alio vo
die notabiliter differri iuxta eo
rū beneplacitū: ita vt nō ſit ordo
ſed horror. Propter qḋ ſimpli=
ces prochiani frequēter murmu
rant: ⁊ frequēter pdunt miſſā ꝓ
pter hore variationē. Et de tali
bus loquēs Aug. ſermo. i. dñice
xxvi. poſt trinitatē dicit ſic. Sūt
nōnulli ⁊ maxime potētes huius
ſeculi qui cū veniūt ad eccleſiā
nō ſunt deuoti ad laudes dei ce
lebrādas: ſed cogūt pbr̄m vt ab=
breuiet miſſam: ⁊ ad eorū libitū
celebret quatinus vnus punctus
diei ad dei officium deputetur ⁊
reliquum diurnum ſpacium cum
nocte ſimul ad eorū deputetur
voluptates. Hec ille.

k ¶ Octauum dubium eſt tale.
Utrum illi qui aſſiſtunt miſſe te
neātur diſtincte audire verba ſa
cerdotis: ſic ꝙ non poſſint tunc
ſuas orationes deuotionales ad
dñm fundere. Uidet ꝙ ſic: qꝛ in
ſepe allegato capitulo. Miſſas
precipitur ſecularibus ꝙ die dñico
audire miſſas totas ſpeciali ordi
ne. Reſpōdetur ad hoc dubiū ꝙ
valde durū eſt ita dicere. Tū qꝛ

interdũ pre multitudine aſtãtiũ
in miſſa: multi adeo diſtant a ſa=
cerdote q̄ vix poſſunt eũ alte cã
tãtẽ audire: ſicut pꝫ in magnis
eccleſijs. ⁊ p̃cipue de illis ſacer=
dotib⁹ qui hñt graciles ⁊ tenues
voces. Tũ q2 aliqui ſunt ſurdi.
Alij ꝟo ſunt duri audit⁹ q̃ vix p
cipiũt clamoſas voces. Tũ q2 ſa
cerdos multa dicit ſubmiſſe i miſ
ſa ⁊ ſignãter a Te igitᷣ vſq3 ad ſe
cundũ p oĩa: adeo q̄ non intelligi
tur a miniſtris altaris. Dato ḡ
q̄ popul⁹ teneret̃ eum audire al
te cantãtẽ aut legẽtẽ. ſicut patꝫ
de introitu miſſe de orationibus
ep̃la euãgelio ⁊ hmõi nulla tñ ra
tio videtur quin a p̃e pp̃ls poſſit
ſubmiſſe orare ⁊ aliq̃d dicere aut
legere q̃ꝺdiu ſacerdos ſilent̃ orat
Nã alias tollitur aut valde dimi
nuit̃ deuotio xp̃i fidelium quorũ
multi raro orãt: niſi qñ cõtingit
ipſos aſſiſtere diuinis: ⁊ qui etiã
tũc feruenti⁹ orant. Itẽ multi ſẽ
parũ contẽplatiui qui ſi nõ orãt
tenus corde aut cũ libro de faci=
li meditant̃ inania ⁊ occupãt ſen
ſus tam interiores q̃ꝫ exteriores
circa multa vana ⁊ anime noci=
ua vt ſatis cõſtat. Item p hoc re
probatur ꝯſuetudo magnorũ vi=
rorũ. vtpote p̃ncipũ: platorꝫ: iudi
cum: ꝯſiliariorũ i magnis curijs:
vtpote plamentorũ: ac ꝓcurato=
rum: quibus nõ vacat toto mane
orare aut aliqua ſuffragia dicere
niſi cum audiunt miſſam. Et hu=
ius rei ipſi ſunt teſtes.

¶ Sed dicet forſan aliquis ſec⁹
eſſe de miſſis q̃ audiunt̃ ex deuo
tione quales ſunt ille quas aliq̃
audiunt dieb⁹ non feriatis et de
illis ad quas pp̃ls obligat̃: ſicut
dñicis diebus ⁊ feſtis. Quãuis
ergo in miſſis deuotionalib⁹ poſ
ſit pp̃ls ſilenter orare: nõ tñ i miſ
ſis q̃ ſunt de precepto: ſed tenet̃
q̃libet ibi aſſiſtens audire q̃d di=
cat ſacerdos. Sed ꝯ hũc modũ
dicendi eſt cõis practica virorꝫ
ac mulierũ equaliter orantiũ in
vtriſq3 miſſis. Quinimo attenti⁹
⁊ feruenti⁹ orare ſolent q̃ꝫto dies
celebrior fuerit. Dicere autẽ q̄
tũc peccent eo q̄ nõ poſſunt duo
bus intendere: ſcꝫ his q̃ dñr a ſa
cerdote ⁊ priuatis orõnibus eſt
vnũ temerarie dictũ: maxie cũ p
lati. ꝺ hoc nihil dicãt: nec famoſ⁹
doctor reperiat̃ q̃ hoc dicat. amo
do ḡ de hoc ſileant nonnulli ſim
plices ⁊ illiterati p̃dicatores qui
volentes ſapere pluſq3 oporteat
ſapere: ⁊ forte vt aliquid noui di
cere videant̃ ne verent̃ dogma=
tizare oppoſitũ. Solet tñ cõmu=
nis deuotio xp̃i fideliũ ſilentiũ i
ponere priuatis orõnib⁹ cũ legi
tur euangeliũ i miſſa ⁊ ipm̃ deuo
te audire. Propt̃ qꝺ nõnulli ⁊ p̃=
ſertim linguã latinã itelligẽtes
ſolent tũc ꝓpius accedere. Quo
lecto redeũt ad ꝓpos ſedes. Nõ
loquor de illis q̃ ita faciũt vt vi=
deant̃ latini q̃uis etiã nõ latini
hoc poſſunt facere ex ſpeciali de
uotione ⁊ reuerẽtia ad ſctm̃ euã
geliũ: maxie cũ ſcriptũ ſit Luce.
xi. Beati qui audiũt ꝟbũ dei ⁊c.

¶ Non eſt tamen iprobabile di
cere q̄ eccleſia ỽtus pro illo die
ꝓ quo tenet̃ celebrare ⁊ nõ cele
brat aliqua occaſione occurren=
te: q̄ teneat̃ ſilenter audire miſ=



ſam: ſaltẽ q̃ꝫtum ad illa q̃ publice
⁊ intelligibiliter legunt̃ a ſacer=
dote: ita q̄ ſi talis eccl'iaſtic⁹ tũc
diceret matutinas vl' primas nõ
videret̃ ſe agitare. Secus autem
de alijs dieb⁹ in quib⁹ nõ tenet̃
celebrare. Intentio ḡ eccl'ie in ſe
pe allegato decreto eſt q̄ q̃ tene
tur audire miſſam ſit preſens in
miſſa ⁊ vacet deo: etiã priuatas
orões dicendo: ſub miſſe tñ ne
ſacerdotẽ aut populũ circunſtan
tẽ pturbet. Qꝫ ſi talis ſit vir in=
telligens: iuſtũ eſt ⁊ rõnabile vt
intendat ⁊ conet̃ intelligere q̃ di
cunt̃ a ſacerdote: nõ tñ ad hoc
obligat̃. Et ſic patet ad dubium.
L ¶ Nonũ dubiũ eſt tale. Utrũ
obligat⁹ audire miſſam in die fe
ſto teneat̃ audire miſſam de die
ſeu feſto currẽte. Et ſi'ia q̃ſtio ẽ
de miſſa dñicali. R̃ndet̃ abſolute
q̄ nõ. Tũ p̃mo q2 iterdũ accidit
q̄ curat⁹ ob cauſam rõnabilem
omittat miſſam dñicalẽ ſiue de fe
ſto occurrẽte ⁊ faciat de alio of=
ficio: ⁊ ſignãter qñ feſtũ nõ eſt p̃
cipuũ. Tũ ſecũdo q2 cũ pp̃ls cõi
ter ſit idoct⁹ nõ iterrogare de q̃
celebrat ſuus curat⁹. ſed ſufficit
illi aſſiſtere miſſe q̃ p eũ cãtatur.
Dicit tñ dñs Anto. ij. parte ſum.
ſue. t. ix. c. ij. §. i. q̄ ex ꝯgruitate il
le q̃ põt diſtinguere de q̃ fiat miſ
ſa: dꝫ ꝓpriã audire. Et nota q̄ di=
cit ex ꝯgruitate. q. d. non eſſe ne
ceſſariũ ita fieri. Regulariter tñ
debet ſacerdos celebrare de die:
vtpote in dñica de dñica: in feſto
apoſtoli: de Apoſtolo: i feſto bea
te ꝟginis de eadẽ. Nõ ſi aliquis
ſimplex vel talis inuitet ſacerdo
tem aliquẽ ad celebrandũ ꝓ eo
de alio ſctõ ſiue de defũctis: nõ dꝫ
ſatiſfacere indiſcrete deuotionẽ
illius. ſed dꝫ celebrare de die tñ
ad intentionẽ inuitantis. Propt̃=
ea ex̃. de celebratiõe miſ. c. qui=
dam laicorũ reprobat̃ talis de=
uotio. Uñ dicit̃ ſic ibidem. Qui=
dã laicorũ habẽt in conſuetudine
vt p ſingulas dies audiant euan
geliũ. In principio erat ⁊ miſſas
peculiares. i. ſpeciales hoc eſt ꝺ
ſancta Trinitate: ⁊ de ſancto mi
chaele. Et ideo ſancitũ eſt in cõ
ſilio triburienſi: vt vlterius hoc
non fiat niſi ſuo tẽpore: ⁊ niſi ali
quis velit ꝓpter reuerentiã ſan
cte trinitatis nõ pro alia deuo=
tione audire Sed ſi voluerit vt
ſibi miſſe cãt. ẽt: de eadẽ die miſ
ſas audiãt pro ſalute viuorũ ⁊ ẽt
defunctorũ. hec eſt in forma. ſup
quo dicit glo. q̄ hec ꝓhibitio fit
nõ. q2 malũ ſit audire tales miſ=
ſas: ſed quia malum eſt propter
talem ſpecialem deuotionem di
mittere miſſas de die canonice
ſtatutas. Reprehenſibile ḡ mul=
tum videtur etſi non damnabi
le inquit idem. Anto. dimittere
ꝓp̃as miſſas occurrentes ꝓpter
miſſas defunctorũ vl' alias ad in
ſtantiã laicorũ ſine cauſa multũ
vrgente. Docendus eſt enim po
pulus non ſequendus vt habet̃
in decretis diſtin. lxij. docendus.
M ¶ Decimũ dubium eſt tale.
Utrũ ſeculares tenentur audire
plures miſſas die dñico aut feſto
⁊ precipue in illis eccleſijs iqui=
bus plures ſolent talibus dieb⁹
celebrari. Uidet̃ q̄ ſic: quia pre=
dictũ decretũ loquitur in plura
li dicens. Miſſas die dñico ⁊c.

Rñdet̃ ꝙ aliquid eſt debitum du
pliciter: vno modo ꝑ modũ prece
pti: alio modo per modũ cõgrui
Si igit̃ capiat̃ debitũ pmo mo=
do tũc ſeculares nõ tenent̃ audi
re plures miſſas in die feſto. Et
ſicut felix eſt ſacerdos qui poteſt
vnam miſſam digne in die cele=
brare: vt nota͂ de cõſe. di. j. ſuffi=
cit. ita felix eſt laicus qui poteſt
digne vnã miſſaꝫ in die feſto au=
dire. Et ad inſtantiam que facta
ex forma decreti quod loquit̃ in
plurali dicẽs. Miſſas ⁊c. Rñdetur
ꝙ illud plurale reſpicit pluralita
tem ſecularium: ita vt ſit ſenſus
ꝙ iſte ſecularis tenet̃ audire miſ
ſam ſuam et alius ſuam ⁊ ſic de
aliis: pro varietate parrochiarũ
prochianorũ. Si vo capiat̃ debitũ
in ſecundo mõ. ſ. ꝑ modũ cõgrui:
tũc ſeculares debẽt audire plres
miſſas. i. valde cõgruũ eſt ⁊ decẽs
vt vbi plures celebrãt in die fe=
ſto plures ẽt illi audiant. Et hoc
eſt ꝯ illos truphatores ⁊ diuino
rum myſteriorũ irriſores q̄ dicũt
ꝙ tm̃ habẽt de vna miſſa ſicut d
mille. Quinimo deridẽt illos qui
plures audiũt diu ſtãtes i eccl'ia
vocãtes eos bigotos ⁊ manduca
tores imaginũ. Quãtũ aũt ꝓſit
nedũ ſpũalr verũetiã tpalr plu=
res audire miſſas ⁊ vacare diui
nis: pꝫ per exẽplũ de duob⁹ ſuto=
rib⁹ q̃rũ vn⁹ die ac nocte labora
bat. nec tñ ſecũ ſola vxore ſuſten
tare niſi exigue valebat. Alter
autem toto mane vacabat diuis
⁊ ſignanter audientie miſſarum
qui tñ abundabat q̃tus arte ſua
ſuſtentaret vxorem cum multitu
dine ꝓliū. Sup quo admirat⁹
prim⁹ interrogauit eum quõ poſ
ſet ita ſibi et familie prouidere
Cui ille. Certe ſcis ego iueni vnũ
magnũ theſaurum Q̄d ſi volue
ris me ſequi: ſpo ꝙ in breui inue
nies tm̃ ille aũt libenter annuit
Cũq; alte duxiſſet eum omni die
ad eccleſiam ſecũ et docuiſſet eũ
deuote audire miſſas quotquot
ibi dicebãtur: tandem diues fa=
ctus eſt. Et hoc ẽ q̃d ꝓmiſit xp̃s
Mat. vj. dicens. Querite primum
regnũ dei ⁊ iuſticiã ei⁹ ⁊ hec oĩa
⁊c. Pꝫ ergo diffuſe quõ contingit
culpabl'r omittere per aures miſ
ſam non audiendo.

¶ Secundo cõtingit omittere ꝑ
aures predicationem negligen=
do. Hoc autem poteſt fieri trib⁹
modis: videlicet.

Predicationem non audiendo.
Predicationi non attendẽdo.
Predicationem non retinendo.

N ¶ Primo igitur quia poteſt
omittere culpabiliter per aures
predicationẽ nõ audiendo: ⁊ hoc
cum contemptu. Pro quo notan=
dum eſt ꝙ aliq̃s poteſt non audi
re predicationem ex triplici cã.
Prima eſt legitimũ impedimen=
tum ſiue legitima excuſatio Exẽ
pluꝫ de primo ſicut artifices agri
cole: manuoperarij ⁊ ſiĩes nõ pec
cant ſi in quadrageſima non au=
diunt cunctos ſermones qui fiũt
per hebdomadã. Exẽplũ de ſcd̃o
ſicut infirmi et debiles. Secun=
da cauſa poteſt eſſe pigritia ſiue
mera negligentia que cõiter eſt
peccatum veniale. Da exemplũ
de multis qui bene poſſent freq̃n
tare predicationẽ: q̄ tñ hoc negli
gũt. Quãuis eĩ tales male agãt



valde tñ durum eſſet dicere ꝙ ſo
peccarent mortal'r. Tertia cauſa
pt eſſe cõtemptus ſiue diuini ver
bi. ſiue predicatoris. Da exẽplũ
de illis qui audita fama alicuius
boni p̄dicatoris dicunt. Per deuꝫ
ego nõ dignarer audire p̄dicatio
nẽ ei⁹ Et qui ex tali cõtẽptu ne=
gligũt audire verbum dei peccãt
mortal'r. Nã ſicut nõ poſſe ſume
re cibũ corporalẽ eſt ſignum mor
tis corporalis. ita etiã nõ poſſe ſi=
ue nõ velle audire verbum dei:
q̄d eſt cibus anime eſt infallibile
ſignũ mortis ſpiritualis. Propter
quod de talibus poteſt intelligi il
lud dictum pſalmiſte. Omnem
eſcam. i. oẽm predicationẽ ⁊ oẽm
predicatorem abominata eſt aĩa
eorum. Ecce contemptus audiẽ
di verbum dei. Et appropinqua
uerũt vſq; ad portas mortis. Ec
ce grauitas culpe et reat⁹. Vñ de
grauitate peccanti aliũ loq̄ns Au
guſt. ſuper pſalteriũ pš. v. Dicit
ꝙ illi amaricãt deũ qui peccãdo
in eã egritudinẽ deueniũt: vt ci=
bũ veritatis tanq̃ felle ſi ſuſtine
re non poſſint. Et ideo tales cõtẽ
ptores diuini verbi mandantur
excõicari de cõſe. diſt. j. ſacerdote
vt ſic dr̃. Sacerdote in eccleſia v̄
bũ faciente. i. p̄dicante q̄ egreſſ⁹
de auditorio fuerit excõicetur:
Super quo dicit glo. ꝙ hoc intel
ligitur qñ hoc facit contemnens
predicatorẽ: vt minus literatum
quo ad ſuperbiã pertinet. Ecce
quõ aliquis poteſt omittere cul=
pabiliter per aures predicatio=
nem non audiendo.

¶ Scd̃o põt aliq̃s omittere cul=
pabiliter ꝑ aures p̄dicationi non
attendendo. Multi eñ ſolent ad
predicationem ꝯ̃uenire: ſed pau=
ci ſolent diligen. er ad ea que di=
cuntur attendere. Quinimo mul
ti tũc faciũt caſtella in hyſpania
vt vulgo dicit̃: ⁊ ſunt illi q̄ vagã
tur mente hincinde. Alij dormi
tãt Alij reſpiciunt formoſas fe=
minas ⁊ puellas. Qui g̃ tal'r omit
tunt grauiter peccãt. ita vt Au.
eos comparet in culpa his qui ꝑ
negligentiã dimittũt cadere ſan
ctiſſimũ altaris ſacramentum in
terrã: vt patet homel. xxvj. ⁊ re=
citat̃ in decre. j. q. j. iterrogo. vbi
ſic concluditur ex verbis eiuſdẽ
Aug. Non minus reus erit q̄ ne
gligenter verbũ dei audierit q̃ꝫ
ille q̄ corp⁹ xp̄i ſua negligentia i
terrã cadere permiſerit Quam
uis eĩ dignuſſimũ chriſti ſacramẽ
tũ ſeu corp⁹ ſit eſſentialiter mul=
to dignius verbo dei: nihilomin⁹
quo ad effectum ſecus eſt. per ſa
cramentũ eñ altaris deleãt ve
nialia vt pꝫ de cõſecra. diſt. ij. ite
ratur. Itẽ cap. quotidie. per pre=
dicationem vero omnia tollunt̃.
Inſuper predicatio plures ꝯuer
tit: et pluꝫ facit compũgi q̃ꝫ chri
ſti corpus. Hec eſt glo. ſuper di=
cto capitulo interrogo.

¶ Tertio poteſt aliq̃s omittere
culpabiliter per aures predica=
tionem nõ retinendo. Sunt enim
pleriq; cũ qui magna ſuauitate
guſtant ⁊ audiunt verbũ dei. ita
vt q̃nq; reſoluant̃ i lachrymas: ſꝫ
q̃ꝫ primum inde recedunt rece=
dit pariter ab eis oĩs cõpunctio
deuotio: ⁊ propoſitũ vite melio
ris. Et de talibus loquitur xp̃us
Luce. viij. dicens ꝙ ad tempus

credunt: et in tempore tentationis recedunt. Tales ergo longe differunt a beato Nicolao de quo legitur ꝙ cū adhuc eſſet puerulꝰ: ad eccleſiam accedens. ſacra pectori condebat mandata que: ſcʒ audiebat. Et ad hunc ſenſum intelligendum eſt beatiſſimam virginem ceciliam ſemper euāgeliū Chriſti in ſuo pectore portaſſe vt dicitur in ipſius legēda: eo ſcʒ ꝙ iugiter meditabatur verba dei que in predicatione aliqñ audierat. Similiter d chriſti erat Maria legit̄ Luc. ij. ꝙ ꝯſeruabat hec oia verba hec q. ſ. de chriſto filio ſuo dicebantur conferens in corde ſuo. Nō ergo ſufficit ad ſalutē verbum dei audire niſi etiā memoriter retineat̄. ⁊ efficaciter tēpore ⁊ loco impleatur in cuius figuram legitur ꝙ aial qd̄ non ruminat in veteri teſtamento pro immūdo habebatur non ruminare autem eſt non rememorare ſeu non meditari verba ſalutis: audita vel lecta. Nouerint ergo vniuerſi ꝙ parū prodeſt verbum dei audire corporis auditum niſi intret aurem cordis atꝗ; i ventre memorie diligenter incorporet̄. Et ad hoc facit ſimilitudo de cibo corporali quam ponit Seneca epła prima dicens ꝙ non prodeſt cibus nec corpori accidit qui ſumptus ſtatī emittitur et reiicitur. Cum ergo aliquis non mente retinet verbū dei eo. ſ. ꝙ nunꝗ̄ cogitat de auditis in predicatione talis omiſſio ſibi ad graue pctm̄ imputat̄. Iuxta illud Chriſti verbum Luc. xij. Seruus ſciens voluntatem dn̄i ſui et non faciens plagis ⁊c. Eco̅trario autem Luc. xj. dr. Beati q̄ audiūt verbū dei ⁊ cuſtodiūt illd̄.

Tertio ꝯtigit per aures omittere correctionem nō ſuſcipiendo Chriſto enī Matthei. xviij. vnicuiꝗ; noſtrum loq̄ns ait. Si peccauerit i te frater tuus: vade corripe eum ⁊c. Itē ſapiēs. Eccli. xviij. dr ꝙ vnicuiꝗ; mādauit deꝰ de proximo ſuo. Sed ꝗ̄uis aliqui faciant debitum ſuum de corripiendis ſeu corrigendis proximis ſuis multi tñ male ſe habent italis correctionē ſuſcipiendo pro q̄ notandū ꝙ contingit illos q̄ corrigendi ſunt omittere circa ipſam correctionē tripł̄ videlicet. Male. de correctione non curando. Peiꝰ: correctionē irridendo. Peſſime: correctorē inculpando.

Primo igitur aliquis poteſt omittere per aures male de correctione non curādo. Correctio enī fraterna eſt maxima elemoſina ſpiritualis q̄ datur errāti. Et idō ſicut ille ē valde ingratꝰ q̄ non curat de elemoſina corporali que ſibi ab alio charitatiue exhibet: ita etiam in propoſito. Et de talibus dn̄ loquit̄ pſal. vbi ſupra. Cū ait. aures habent et non audiēt ſup. charitatiuā correctionem. i. ad modum non audientiū ſe habebūt: de ea nullo modo curādo. Cōiter enī dicitur ꝙ non eſt deterior ſurdus ꝗ̄ ille qui non vult audire. Qui ergo ab alio charitatiue ⁊ fraterno amore corripitur debet illi regratiari patienter et humiliter recipiendo verba monentis dicens regratior vobis de g̅ roſa monitione veſtra. Bene ei video ꝙ deſideratis honorē me



um et ſalutem. Ego intendo cum dei adiutorio me emēdare. Sic enim dicunt boni his qui ex charitate eos corrigunt iuxta illud Prouerbio. ix. Argue ſapientē et diliget te.

Secundo aliquis poteſt omittere per aures peius. ſ. ꝑ correctionem irridendo vñ Salomō vbi. ſ. Qui erudit deriſorē. ipſe ſibi iniuriā facit. glo. interli. q̄a ſanctū dat canibꝰ. Uel ſibi iniuriam facit q̄a prouocat deriſorē ad iniuriandū ſibi. Propter quod ait ſaluator Mat. vij. Nolite ſanctū dare canibꝰ: neꝗ; mittatis margaritas vr̄as ante porcos ne forte conculcēt eas pedibꝰ ſuis ⁊ canes ꝯuerſi dirumpāt vos. Et idō quā cognoſcimꝰ aliquē in eſſe talē: tūc abſoluit̄ a p̄cepto de correctiōe fraterna.

Tertio aliqs p̄t omittere ꝑ aures peſſime: ſcʒ correctorē inculpādo. Sūt eī aliq̄ adeo peruerſi ꝙ reddunt malū ꝓ bono. opprobriū et maledictionē pro charitatiua correctione ⁊ benedictione. Uñ Salomon vbi ſupra. Qui arguit impiū ſibi maculā generat eo ꝙ talis plerumꝗ; ꝗ̄ntū in ſe eſt infamat arguentē ſe: ſiue ſecreta peccata eiꝰ olim cōmiſſa detegendo et renouando: ſiue falſa crimina imponendo. Propter qd̄ idē Salomon ſubdit dicēs. Noli arguere deriſorē ne odiat te. Certe hodie multi peccatores ſunt ſiles de q̄ infirmo i dorſo q̄ recalcitrat ⁊ dentibꝰ mordet qñ locus ille tāgitur. Sic multi ꝗ̄ntumcūꝗ; benigne atꝗ; charitatiue reprehendat̄ mox reprehenſorē detractionibus et improperiis ſuis maculant. Tales etiam ſunt ſimiles frenetico q̄ odit ligātē ſe eūꝗ; dētibus mordet. Sūt deniꝗ; ſiles mulieri adultere que odit maritū ſuū increpātē eū de turpitudine ſua. Tales inſup ꝯparat Chryſo. de aialibꝰ ſyluēſtribꝰ hom. ex. xxxvij. ſup Mat. in ope imꝑfecto dicens. Hec eſt proprietas bonorū ⁊ malorū hoīʒ. Bonꝰ ei ꝯprehēſus in pctō ingemiſcit: q: pctm̄. Malꝰ aūt īgemiſcit q: ꝯp. chēſꝰ eſt in pctō ſuo: vtputa domeſticū aial ſi aliquāto tpe ex̄ domū fuerit et vando euagat̄. Sed cū venerit inter manꝰ dn̄i q̄ſi in recordatione ſue nature redactū cito iterū māſueſcit. aial aūt ſylueſtre cū fuerit ꝯprehenſū: aut morſibꝰ appetit: aut calcibꝰ repugnat. Sic ⁊ in alꝰ hō correctꝰ nō ſolum pniām nō agit: ſed adhuc aduerſꝰ corripientē magis iraſcit̄. Hec Chryſo. vbi ſupra. Ecce quō h̄ arguit impiū ſibi maculā gn̄at. Et de hoc extat apertū teſtimoniū de beato Hiero. de q̄ refert beatꝰ Aug. ad fratres i heremo ſermo xxiiij. qui intitulat̄ de exhortatione ſolitudinum. Legimꝰ inq̄t ſanctum patrem Hieronymū cardinalem fuiſſe in eccłia ſancti laurentij martyris. Sʒ q̄a Romanos fortiter reprehendebat de auaritia ⁊ feda luxuria ideo ab eis per veſtem muliebrē eū proclamare in populo voluerūt. Sʒ deo auxiliāte ſcelitatis eius fama minime diminuta ē. Qd̄ ille vidēs Romā tādē egreſſus eſt: ⁊ aſperrimam vitam duxit intantū vt nēminem legere audiam fidelium moder

notum auſteriorē fuiſſe. Hec ille Pater ḡ ꝙ graue pctm̄ ē cū pctōr de correctione nō curat ſʒ grauiꝰ cū correctionē irridet grauiſſimū aūt cum correctorē falſo aut iniuſte inculpat. Ecce q̄m̄ mō q̄s pōt corporaliter omittere p aures circa correctionē q̄ ſibi ab alio charitatiue dat. Et ſic pʒ diffuſe de peccato omiſſionis reſpectu aurium A qua q̄dē omiſſione ꝯuenit vnū quēq̄ʒ abſtinere q̄ vult deo placere ⁊ ad celeſtē regnū tandē feliciter peruenire.

¶ Capitulum quintum de omiſſione reſpectu narium.

COnfiteor tibi dn̄e pater celi et terre q̄ peccaui nimis omiſſiōe. Matth. vndecimo.

¶ Poſtq̄ſ in precedēti. c. i. habitū ē de omiſſione reſpectu aurium: hic ꝯn̄r tractādū eſt de omiſſione reſpectu nariū de q̄ loq̄r pſal. vbi prius dic. Nares habent ſup. homines peccatores et non odorabunt: que ſcʒ odorare debent. Pro quo notādum ꝙ cōtigit homines omittere circa nares hoc eſt circa ſenſum olfactꝰ tripliciter vcʒ.

Non ſentiendo ſuperiora

Non ſentiendo exteriora

Non ſentiendo interiora

A ¶ Primo igitur non ſentiēdo ſuperiora hoc eſt celeſtia et eterna. Hoc tn̄ pertinet ad olfactum ſpiritualem anime. Fertur em̄ ꝙ vultur ⁊ aquila odorāt cadauera traſmarina ⁊ ad talem eſcā congregantur diu volando. Quanto magis nos homines debemꝰ odorare pro poſſe nr̄o celeſtia et eterna gaudia ⁊ volatu mētis illuc feſtinare q̄ oculꝰ nō vidit nec auris audiuit nec in cor. ꝛc. Fertur etiā ꝙ mōs libani q̄ ē in arabia ſit totus odoriferus et hoc ratione multitudinis arborum aromaticorum ibi creſcentiū ſic et i mōte paradiſi ſunt duo angeli et ſancti qui velut arbores aromatice odore virtutum meritorū ⁊ glīe frāgrūt. Et ideo neceſſe eſt ꝙ redoleant odore ſuauitatis in deuotis cordibus ⁊ ꝙ corda deuota ſurſum attrahant. Propterea anime deuote dicūt ſpōſo ſuo xp̄o illud Cañ. i. In odorē vnguentorum tuorū currimus ꝛc. Et merito q̄ vt habet ꝓuerbi. xxvij. Vnguētis ⁊ varijs odoribꝰ delectat cor. Sʒ ꝓfecto miſeri pctōres negligūt atq̄ʒ omittūt q̄rere tm̄ odorē celeſtē q̄ vt dr̄. i. Cor. iij. aīalis hō nō ꝑcipit ea q̄ ſūt ſpūs dei. i. inuiſibilia ⁊ eterna bona. Da exemplum de porco ingrediente hortum floribus redolentiſſimis refertum: circa quos nullo modo mouetur quia non congruūt ſue nature. Sic in propoſito.

¶ Scd̄o contigit homines omittere circa nares nō ſentiendo exteriora. i. neceſſitates ⁊ egritudines corporales proximorum ſuorum etiam parentum ⁊ amicorū. Nam ſi contingat patrē aut matrem egrotare aut vulnus habere in corpore ex quo exhalat fetor aut putredo q̄ltulacunq̄ʒ: vix audet filius appropinquare: aut certe a longe aſpicere. Qd̄ ſi contingat eū propius accedere obturat nares ne ſubintret exhalatio ſiue fetor. Et nō recogitat miſer filiꝰ quomō in i fātilitate vētrē in ꝯſpectu pr̄is ⁊ mr̄is euacuauerit. Itē ꝙ diligēt pīa mr̄ ſuas ifātiles fragilitates mūdauerit. propt̄ qd̄ vtriq̄ʒ parēs in egritudie fetente ꝯſtitutꝰ ⁊ auxilijs deſtitutꝰ merito pōt pie ꝯq̄rēdo dicer̄ dn̄o illd̄ pſ. Lōge feciſti. i. fieri ꝑmiſiſti notos meos a me. Poſuerunt me abominationē ſibi ſcilicet ꝓpter infirmitatē quam patior: et quam abhorrent Martha etiam dixit xp̄o quando iuſſit tolli lapidem a monumento fratris ſui Lazari Domine iam fetet quatriduanus enim eſt Joan. xi. In hoc videbatur crudelis et inhumana fratri ſuo reſuſcitando ne proprijs naribus ſentiret illiꝰ fetorem. O quod igitur ſūt hodie ſuper terram qui abhominātur pauperes propter eorum ſudores plagas ⁊ fetores ꝓpter quā cauſaʒ infirmos non viſitant nec opera pietatis circa eos exercēt Et in hoc ſunt quodammodo ſimiles diuiti epuloni qui abhominabatur mēdicum Lazarum iacentem ad ianuam eiꝰ vlceribus plenū. Quid autē illi tandē acciderit plenus eſt ex ſerie euange. Luc. xvi. dicentis ꝙ mortuus eſt ⁊ ſepultus in inferno. Caueant ergo predicti ne quē imitantur in culpa tandē inueniāt in pena Heu talis non fuit ſanctiſſimus ille Ludouicus quondaʒ Francorū rex: de quo legitur ꝙ quotidie in ſua menſa tres pauperes: habebat: quorum etiam interdū reliquias ciborum ſumebat. Itē omnibus ſextis ferijs quorūdā pauperum ſolebat abluere pedes. Et qd̄ maiꝰ ē interdū leproſis miniſtrabat cibū ori eorū humaniſſime apponēdo Sicut patuit de q̄dā monacho Ciſtercien. ordinis apd̄ mōtē regalē ꝓpe Pariſiꝰ. Et pʒ ſic quō ꝯtigit multos omittere circa nares nō ſētiendo exteriora.

⁊ miſeriã ſuã pſ. Neſcierũt neq̃ꝫ
itellexerũt ĩ tenebris ãbulãt ſu ꝑ=
ple ſuperbi.

¶ Secũd⁹ latro eſt auaritia q̃ fu
ratur burſã ⁊ totã pecuniã. Nã
poſtq̃ꝫ auaritia ſemel inuaſerit
cor hoĩs diuitis iã ille nõ habet
plus pecuniã ĩ ſua poteſtate tan
q̃ꝫ dñs eius ſꝫ potius ecõuerſo ipa
pecunia captiuat eũ tanq̃ꝫ ſeruũ
ſuũ qꝛ vt dicit Seneca đ verboꝝ
copia. Pecunia ſi vti ſcias ancil=

la eſt ſi neſcias domina. Iſte latro vulnerat in manibꝰ ita vt hõ eas nequeat extẽdere ad pauperes. Et hoc bñ pfiguratũ ẽ p illũ hominẽ de q̃ legit̃ Mat. xij. ꝙ habebat manũ aridã.

¶ Tertiꝰ latro eſt ira. Et iſte latro aufert chamũ ⁊ frenũ patientie in aduerſis. Item aufert cellam pacis ⁊ concordie. Sicut enĩ equus chamo ⁊ freno regitur et cõpeſcitur ne ruat in precipitiũ: ſic hõ refrenat̃ ⁊ cohibet̃ a motu ire ⁊ furoris per virtutem patiẽtie Luc. xxj. In patiẽtia vr̃a poſſidebitis animas veſtras. Iſte latro vulnerat in auribꝰ ita vt nõ poſſit hõ iracũdus audire verba correctionis ⁊ doctrine ſalutaris Nec certe mirũ q2 vt dt Aug. ad fratres in here. ſer. ix. ꝙ vbi ira regnauerit ibi oĩno pnceps diabolꝰ erit nec in aliquid bõi exire poterit. ¶ Quartꝰ latro ẽ gula. Et iſte latro aufert ab hoĩe ſingulum ſiue corrigiã ſobrietatis per quam cõberet ſuperfluitatẽ cibi ac potꝰ reſtringere. Iſte aũt latro vulnerat in viſceribꝰ ⁊ inteſtinis quaſi illas partes gladio ſuo pforãdo quia viſcera guloſi videt̃ q̃ſi perforata eo ꝙ ſemp vult ibi cibum ⁊ potum reponere ⁊ tñ nũq̃ repletur. Propter quod tales ſepe grauant̃ multis infirmitatibꝰ q2 vt habet̃ Eccli. xxxvij. in multis eſcis erit infirmitas.

¶ Quintus latro eſt inuidia. Et iſte latro ſpoliat hominem interiorem veſtibus virtutum: et ſignanter furatur charitatem que veſtis eſt nuptialis ⁊ glorioſa: et cui debetur corona glorie. Hanc autẽ veſtẽ charitatis auferẽs inuidia cõſequẽter aufert ceteras virtutes. Quo facto merito poterit cõqueri miſer pctõr ⁊ dicere illud Iob. xix. Spoliauit me gloria mea abſtulit coronã de capite meo. Hoc ei facit inuidia auferendo charitatẽ de corde hũano. Nã inuidia triſtat̃ de bono alteriꝰ de q̃ charitas gaudet. Et ecõuerſo. Gaudet de malo alteriꝰ de quo charitas triſtat̃ q2 vt dt Au. homil. xx. Inuidia nihil aliud ẽ q̃ odiũ felicitatis aliene vñ bono cruciat̃ alieno. De infirmitate ei illiꝰ cui quis inuidet ipſe ſanat̃ ⁊ de ſanitate infirmat̃. Iſte autẽ latro vulnerat in naribus eo ꝙ inuidꝰ nõ põt ſuſtinere neq̃ ſentire odorẽ bone fame pximi ſui. Et idõ in hoc eſt ſimilis buffoni q̃ nõ põt ſuſtinere odorẽ vinee florẽtis. Itẽ iſte latro vulnerat i ore ⁊ lingua ita vt non poſſit inuidus bonũ de alio cui inuidet dicere ſꝫ ſẽp malũ Propter qd̃ de inuidis põt dici illud pſ. Quorũ os maledictione ⁊ amaritudine plenum eſt. Item vulnerat in gutture quia dulcia ſunt amara ⁊ amara dulcia. Iſa. v. Ve his qui dicitis bonum malũ et malum bonum: ponentes amarũ in dulce et dulce in amarũ.

¶ Sextus latro eſt accidia ſiue pigricia. Et iſte latro tanq̃ peſſimus trahit ⁊ proſternit homines ad terram ita crudeliter ꝙ nõ poteſt inde ſurgere ad aliquod bonũ faciẽdũ. Inſuper iſte latro aufert ab hoĩe equũ ſuũ .i. bonum vſũ corporis ſui ita vt nõ poſſit ſe iuuare de corpe ſuo ꝓpt̃ tepiditatẽ ⁊ pigritiã. Inſuper vulnerat eũ in tibijs ⁊ pedibꝰ ita vt nõ poſſit exire de lacu miſerie ⁊ de luto fecis. In cuiꝰ figura legit̃. ij. Regũ. ix. q2 Miphiboſeth filius Ionathe debilis erat pedibus. Septimꝰ latro ẽ luxuria. Et iſte latro aufert illõ totũ qd̃ remanet de oĩbꝰ bonis paupis pctõris. Cũ enĩ miſer pctõr p alia pctã ſit ſpoliatꝰ oĩbꝰ veſtimẽtis ſuis ita vt nõ remaneãt ſibi niſi femoralia ſeu brache cõtinẽtie et caſtitatis iſte peſſimus latro ꝓuat eũ continentia ⁊ virginitate ſua q̃ tã pcioſa eſt vt dicat̃ Eccli. xxvj. ꝙ nõ ẽ digna põderatio ↄtinẽtis aie. Iſte aũt latro vulnerat hoĩem i genitalibꝰ et lũbis adeo ꝙ viri luxurioſi vĩr habere ignẽ infernalẽ in illis membris ꝓpter cõtinuũ ardorẽ libidĩs. Ecce ḡ quõ miſer pctõr incidẽs in latrones pctõꝝ ſpoliat̃ oĩbꝰ bonis ⁊ miſer ex oĩ pte efficitur. Et hoc ẽ qd̃ ſcribit̃ Prouer. xiiij. Miſeros facit ꝑplos pctm̃. Itẽ Apoc. iij. Tu dicis q2 diues ſũ ⁊ locupletatus ⁊ nullius egeo ⁊ neſcis q2 miſer es ⁊ miſerabilis et pauper ⁊ cecus et nudus. Eſt enĩ pctõr paup pauperior pauperrimus. Pauper quidẽ q2 amiſit bona nature et fortune et ſi non de facto ſaltem de iure ita vt nõ ſit dignus pane quo veſcit̃. Pauperior vero q2 amiſit bõa grẽ. Pauperrimus autẽ q2 amiſit ius percipiendi bona glorie. Et ſic taliter depauperatus ⁊ bonis oĩbus ſpoliatus atq̃ vulneratus ſemiuiuus relinquitur: q2 vlteriꝰ nõ viuit niſi quo ad corpus. Tũc autẽ obuiat illi rex ſcꝫ deus quãdo facit ipm̃ de talibꝰ aduertere ⁊ dt ei. Amice doleas ꝙ ſic miſerabilit̃ perdidiſti cũctã ſubſtãtiã tuam et ego ꝓmitto tibi ꝙ oĩa tibi reſtituã. Et hoc ẽ qd̃ legit̃ i figura de filio ꝓdigo ꝙ cũ rediret mox pr̃ dixit ſeruis ſuis. Cito ꝓferte ſtolã pmã ⁊ induite illũ ⁊c. Luc. xv. Pꝫ ḡ quõ hõ p ↄtritionẽ recuperat grãm p culpã ꝑditam.

¶ Tertium exẽplũ per quod oſtenditur qualiter homo p contritionem tandem cõſequit̃ vitã eternã eſt de clerico q̃diu ſeruiuit alicui magno plato vel etiã ſummo pontifici. Dñs aũt eiꝰ habebat in promptu pingue bñficium ꝙ paratus erat illi dare. Sꝫ in mala hora dictꝰ clericus grauiter deliq̃t apud dominum ſuũ. Quo non obſtante tandẽ miſertus illius dñs eius venit ad eum dicens illi. Amice tu ſcis q̃ grauiter me offendiſti nihilominus ſi velles facere voluntatem meã par eſſet inter me ⁊ te ⁊ pingue bñficium indubie tibi conferam Voluntas autem mea non eſt vt grauiter puniaris ſiue vt des mihi magnã pecuniã aut mihi conferas aliquam cõmoditatẽ: ſed tantũ vt doleas de eo ꝙ me offẽdiſti. Nõne in tali caſu ille ſeruꝰ eſſet multũ fatuus niſi grauiter doleret de offenſa in magiſtrum ſuum commiſſa ⁊ veniã quereret Certe ille non eſſet bene ſenſatꝰ qui aliter iudicaret.

¶ Ad propoſitum homo ſeruiens deo tanq̃ ſummo pontifici expectat ab eo magnum beneficium: ſcilicet prebendam glorie de qua Heb. ix. Chriſtus aſſiſtẽs pontifex futurorum: bonorum

Iſte aũt ſumm⁹ pontifex grauiẽ
offendiẽ p quodlibꝫ mortale pec
catũ q: ſuꝰ oĩa odit ipſũ. Nec cer
te aliq̃d aliq̃ ſibi diſplicet pter ip
ſũ pctm̃. Nã certa diligit Iuxta
illud. ſap. j. Diligis oĩa q̃ ſũt ꝛ ni
hil odiſti eoꝝ q̃ feciſti dñe. Dia=
bolũ ei diligẽter d⁹ diligeret ꝛ pa
radiſũ illi daret niſi pctm̃ ſuũ ob
ſtaret. Et econuerſo de⁹ nõ hꝫ taꝫ
bonũ amicũ in celo quẽ nõ habe
ret odio ꝛ quẽ citiſſime idẽ nõ ex
pelleret ſi pctm̃ haberet. Qui ḡ
mortalr̃ peccat q̃ntũcunqꝫ fuerit
dei amic⁹ nichilomin⁹ icurrit ma
gnũ ei⁹ odiũ. Et niſi recõcilietur
indubie amittet ſalarium totum
ſeu premiũ qd̃ pro priori ſeruitio
deo facto meruerat atqꝫ priua=
retur perpetua ſocietate dei ꝛ ſã
ctoruꝫ eius. Iuxta illud Eſa. lix.
Iniquitates veſtre diuiſerunt in
ter vos ꝛ deum veſtrum. Quod
attẽdẽs pr̃ ille miſer, mõet freq̃n
ter pctõrẽ d̃ ſua ſalute ꝛ q̄ doleat
de pctõ ſuo ,ppter qd̃ p̃uat̃ tanto
gaudio. Qd̃ vbi facere voluerit
idefectibiliter dabit illi p̃bendaꝫ
ppetuã in eccl'ia triumphante cũ
angelis ꝛ ceteris beatis. Et hoc
eſt qd̃ ait xp̃s Math. iij. Penitẽ
tiã inquit agite appropinquabit
regnũ celorũ. Nunquid ergo mi
ſer pctõr eſt fatuus ſi non doleat
de p ctis ſuis maxime cum ſit ſi
bi tam facile. Attento etiam qd̃
cõterendo euadit morteꝫ eternã
recuperat gratiam pditam ꝛ tan
dem ɔſequetur gloriam eternã.
F ¶ Secunda conditio contri=
tionis ẽ vtilitas: Valde enĩ vti
le eſt conteri ꝛ dolere de peccato
Et iſtud ſufficienter pateat ex di
ctis nichilominus adhuc poſſu
mus idẽ perſuadere oſtendendo
alias vtilitates ipſius ɔtritionis
¶ Prima ẽ ablutiõis. Sola enĩ
cordis ɔtritione cũ ,pposito cõfi
tẽdi ɔſciẽtia hũana q̃ prius erat
cloaca diaboli efficit̃ mũda adeo
q̄ tunc delectat deũ in ea habita
re p gratiã iuxta illd̃ ,pūerb. viij.
Delitie mee eſſe cum filijs hoim
Et de iſta ablutione põt intelligi
illud zach. a. xiij. Erit fons patẽs
domui dauid i abſolutionẽ pctõ=
ris dom⁹ Dauid ẽ eccleſia milità
tia in q̃ eſt fons patẽs .p quem in
telligitur ſacram entum peniten=
tie cuius cõtritio eſt prima pars
que ordinatur ad ablutioneꝫ pec
catoris Qd̃ bene cõſiderans Da
uid poſtq̃ ɔmiſerat adulteriũ et
homicidiũ dicebat. Lauabo per
ſingulas noctes lectũ meũ id eſt
ɔſcientiã q̃ꝫ ipſe laudat adq̃ ɔtri=
tiõis vt mũda fieret. In cui⁹ etiã
figurã legit̃. iiij. Reg. v. q̄ poſtq̃
Naamã leproſ⁹ lauit ſe i Iordane
plene mũdatus ẽ. Ad idẽ et facit
exemplum ſequens.
G ¶ Legit̃ enĩ de quodã viro q̃
de magnis diuitijs venit ad ma
ximã paupertatẽ ſicut multis ac
cedere ſolet. Hic ḡ in deſperatio
neꝫ poſitus cepit vagari per ne=
mora. Et ecce apparuit illi demõ
dicens q̄ ſi vellet ei ſeruire ꝛ ho
magiũ facere faceret eum ditiſſi
mũ. Cũqꝫ ille ſtatim ɔſenſiſſet et
manũ ſuam inter manus diaboli
ad confirmandũ fedus poſuiſſet
mox nigrefacta eſt quaſi carbo:
nec aliqua ablutiõe poterat laua
ri. Qd̃ ille cernẽs cepit abhorre
re factu⁹ qd̃ ppetrauerat. Sicqꝫ



cũ lachrymis ad ɔfeſſionẽ venit
Qua plene facta ſubito manus
ei⁹ dealbata eſt vt prius. Per qd̃
intellexit peccatũ ſuũ eſſe remiſ
ſum. Ecce quõ cõtritio cum con
feſſione mũdat aĩam a pctõ.
¶ Secunda vtilitas ɔtritiõis ẽ
decorationis. Ipſa enĩ mirabilr̃
decorat aĩaꝫ pri⁹ p pctm̃ miſera=
bilr̃ ꝛ horribilr̃ d̃turpatã. De q̃ q̃
dẽ deturpatiõe ſcribit̃ Thre. iiij.
Denigrata ẽ ſup carbones. i. plꝰ
q̃ꝫ carbones facies eoꝝ: ſcꝫ pctõ=
rum Vñ dicit Anſel. in ſuis me=
ditationibus q̄ anima ſi in pecca
to fuerit nigrior coruo erit: ſed
q̃ꝫ mirabiliter cõtritio d̃corer ani
mam ſic deturpatã: ſequens exẽ=
plum aperte demonſtrat.
H ¶ Legitur eĩ in vitis patrum
de quodã ſancto ſacerdote q̃ cum
in paſcate deberet ſuos prochia
nos cõicare: rogauit dñm vt illi
oñderet qui eſſent in bono ſtatu
ꝛ qui nõ. Et mox vidit quoſdam
habentes facies nigerrimas ali
os facies igneas: alios facies re
ſplendentes ꝛ claras ſicut ſol.
Cui apparẽs angelus dixit q̄ fa
cies nigre erãt facies luxurioſo
rũ et qui intẽdebant poſt paſcha
redire ad imũdiciã ſuã facies au
tem ignee erant facies iracũdo
rum: et qui cum rancore accede=
bant ad altare. Facies vero cla=
re erant facies: contritorũ et cõ=
punctorum. Ecce quomodo con
tritio decorat animam.
I ¶ Tertia vtilitas contritio=
nis ẽ purgationis ſiue remiſſio
nis. Nam purgat et remittit oẽꝫ
culpã mortalẽ: et q̃nqꝫ totam pe
nã. Primũ patꝫ p illud Ezechiel.
xviij. In quacũqꝫ hora ingemue=
rit ꝛc. Hoc aũt probat Ambroſi=
us lib. de helia ꝛ ieiunio. cap. xi.
per ſimilitudinem de potu amaro
q̃ interduꝫ dat̃ egris etiã par
uulis ad purgandũ indigeſtũ ci
bũ: ita dicens. Solẽt amara etiã
ipſis plus ,pdeſſe corporib⁹. Si=
cut enĩ cũ intimis puerorum vi=
ſceribus vermes ex cibi indige
ſtiõe naſcũt̃ q̃ extingui nequeũt
cũ amarior pot⁹ ifundat̃: aut me
dicamentoꝝ vis iolſcit aſperior
quorũ odore moriunt̃ ita ,pfun=
dũ aĩe ingreſſa cõtritionis virt⁹
culpam latente interficit. Hec il
le. Ecce quõ contritio delet cul=
pã. Silr̃ ꝛ quandoqꝫ totã penaꝫ
ſicut ſequẽs declarat exẽplum.
K ¶ Legit̃ enĩ in vitis patrũ de
quodã ſancto pr̃e hñte ſororẽ me
retricẽ i ,pria ciuitate: hãc igr̃ ſe
ſemel viſitans dixit illi. Soror
mea chariſſima pce aĩe tue: q̃m
multi ,pp te pereunt. Heu quõ po
teris ferre illa amariſſima ꝛ duriſ
ſima atqꝫ ppetua inferni tormen
ta. Hec igit̃ et his ſimilia illa au=
diens contremiſcens dixit. Heu
mi frater. Nũquid adhuc ſaluari
põt. at ille. Sic ſoror chariſſima:
ſi tñ me ſequi i deſertuꝫ volueris
Qd̃ illa libẽter fecit mutato eiꝰ
prius habitu. Ingreſſi ḡ deſertũ
locũ poſt fratrem ſuum. ſtati de
poſuit calceos: vt ſic pedes eius
a lapidibus vulnerarẽt̃. Poſt ali
q̃t igitur dies ſcrũs pr̃ q̃ et frater
reqſiuit eã quã mortuã inuenit: et
veſtigia pedũ ſuoꝝ ſãguie plena
Cũqꝫ dict⁹ pr̃ hoc fratrib⁹ renu=
ciaſſet. ꝛ illi de ſalute ei⁹ cõtẽderẽt
tandẽ orationẽ fuderunt ad dñꝫ

rogãtes ⁊ depcãtes vt dignaretur reuelare ſtatum eius. Et ecce nocte ſequenti reuelatum eſt vni eorũ eam eſſe ſaluã propter vehementem eius contritionem Ecce ꝗ vehemens cõtritio delet totã penã. Sed prohdolor pauci penitentes habẽt talẽ vehemẽtẽ ↄtritionem: ſed vtinam haberẽt omnes quot quot peccauerũt ſaltẽ dolorẽ illũ qui meretur dici cõtritio: et ſit remiſſiuus culpe.

Patet ergo de ſecunda conditione cõtritionis que dicit̃ vtilitas.

D ¶ Tertia conditio bone ⁊ vere contritionis dicitur firmitas Debꝫ ei conterens de pctis ſuis firmiter proponere cũ dei adiutorio nõ offendi deũ in poſterũ nec recidiuandi in pctm̃ quantũ humana fragilitas patit̃: ſed omnino abſtinẽdi a pctõ. quia vt dẽ Gre. homil. xxxiiij. Penitentiã agere eſt perpetrata mala plangere ⁊ plangenda non perpetrare. Nã qui ſic illa deplorat: vt tñ alia cõmittat adhuc pniã agere aut diſſimulat aut ignorat. Hec ille. Ille ergo non hꝫ firmam ↄtritionẽ immo nullã hꝫ qui adhuc proponit vlciſci de inimicis ſuis Siĺr ꝗ adhuc tenet cõcubinã in camera. Itẽ nec ille qui non reſtituit vſuras: ſꝫ magꝫ ↄtinue exercet eas: ⁊ hmõi. Nec certe deꝰ tali ficto contrito remittit offenſam ꝓ quo rogat: ſicut clare poſſumꝰ perpendere tali exemplo. Si enim aliquis offendiſſet regẽ illi grauem iniuriã irrogando: ⁊ poſtmodum ad eum veniret ⁊ diceret dñe fateor dixiſſe de vobis tale verbum rogo indulgeatis mihi. hoc tñ ſcitote ꝙ idem nõ doleo nec me penitet ita non fuiſſe locutũ: quinimmo intendo ita libꝰ iniuriis pſeuerare. Nũquid rex deberet tali irriſori indulgere offenſam. Certe ↄſtat ꝙ nõ ita nec in propoſito indulget deꝰ homini veniam querẽti ⁊ in pctõ pſeuerare ꝓponẽti. Neceſſe eſt ergo oẽm vere penitentẽ ⁊ de cõmiſſis pctis dolentem: firmiter ꝓponere a pctis in futurum abſtinere. Et ſic patent tres pulchre conditiones et proprietates qualitatis contritionis.

¶ Capitulum quintum ꝙ contritio eſt in pdicamento relationis

COnfiteor tibi domine pater celi et terre qr peccaui nimis iõ mea culpa Mathei Undecimo.

¶ Poſtꝗ̃ i precedẽti capitulo oñſum eſt quõ cõtritio ponit̃ in pdicamẽto qualitatis: ſimulqꝫ habitũ eſt de tribus proprietatibꝰ huius qualitatis: hic ↄñr oñdendũ eſt quõ eadẽ contritio pertineat ad predicamentum ⁊ ad aliquid ſiue relationis. Eſt ꝗ̃ notandũ ꝙ merito contritio dicitur ad aliõ qr oĩs vere ↄterens de pctis ſuis debet habere reſpectũ ad tria vꝫ

Ad deum quem offendit

Ad culpam quam commiſit

Ad penam quam incurrit.

A ¶ Primo quidem ad deum quem offendit. Et hic reſpectus tangit̃ in diffinitione ipſius ↄtritionis prius poſita vbi dictũ eſt ꝙ ↄtritio eſt dolor pro pctis voluntarie aſſumptus propter deum. Et hũc reſpectũ coram oculis ſuis habebat pſ. cum aiebat. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei Ecce ↄtritio: quia nõ cuſtodierunt legẽ tuam. Ecce ↄtritionis reſpectu rectus ⁊ verus.

B ¶ Eſt aũt notandum ꝙ verꝰ cõtritus ſeu penitens ↄuertẽs ſe ad deũ inuenit in eo tria magna bona q̃ dñe i eo ſ̃nare magnam fiduciã de dĩ pietate ⁊ pctõꝝ ſuorũ remiſſibilitate. inuenit ꝗ̃ in eo

Gratiam expectatricem.

Uocem reuocatricem.

Benignitatem reuocatricem.

¶ Primo igr̃ hõ pctõr ꝑ ↄtritiones ad deũ ſe ↄuertẽs iuenit i eo grãs expectatricẽ. Eſa. xxx. Expectat deꝰ vt miſereat̃ vr̃i: iõ exaltabit̃ parcẽs vobis. Et notãter dĩ Propheta. Exaltabit̃ parcens vobis qr ſicut hõ exaltat̃ in corde ſuo poſtꝗ̃ aliqõ egregiũ ⁊ valde magnũ opꝰ fecit: ita ⁊ deꝰ quodãmõ exaltat̃ in remittendo pctã tãꝗ̃ magnũ qd feciſſe. Nec q̃dẽ immerito: quia tale opꝰ ẽ maiꝰ ꝗ̃ creaſſe celum ⁊ terram ſcdm̃ Aug. Expectat ergo deꝰ pctõrẽ ꝑ dies per hebdomadã: per mẽſes: ꝑ annũ. ⁊ multos annos: dicens illud Ezechi. xviij. Nolo mortẽ pctõris: ſꝫ ⁊c. Non ſic aũt expectauit dei grã angelũ peccantẽ: ſed ſubito eũ eiecit de celo ⁊ pcipitauit i abyſſũ inferni. Luc. x. Uidebam ſathanã quaſi fulgur de celo cadẽtẽ: ſic ⁊ hodie poſſet deus facere de rigore iuſtitie de q̃libꝫ peccãte mortalr̃. hoc aũt nõ facit: ſꝫ expectat eum ad pniã. Propter quod pauperes peccatores merito pñt dicere illud Threñ. iij. Miſericordie dñi ꝙ nõ ſumꝰ conſumpti. Ipſe enĩ expectat vt miſereat̃ nr̃i: nolẽs aliquẽ pire: ſed oẽs ad pniam reuerti: vt habet̃. ij. Petri. iij. Quinimmo q̃ſi inuite dãnat miſericors pctõres dicens illõ Eſa. j. Heu cõſolabor ſup hoſtibꝰ meis: ⁊ vĩdicabor de inimicis meis. Expectat ꝗ̃ deꝰ pctõres ad grãs ⁊ pniam ⁊ ideo veh illis ſi tantã expectationẽ neglexerit Vñ Au. ad fratres i eremo. ſer. lxvij. Itẽ in tractatu de vanitate ſeculi. Nolite inq̃t negligere fratres ꝙ vos plus deus peccãtes ſuſtineat qr quanto diutiꝰ expecta vt emenderis: tãto grauiꝰ dãnabit ſi neglexeritis. Hec ille.

¶ Scdo pctõr ꝑ contritionẽ ad deũ ſe ↄuertẽs inuenit i eo vocẽ reuocatricẽ: de qua apoc. iij. vbi dñs loq̃ns ſic peccatrici ait. Tu fornicata es cũ amatoribus multis: tñ reuertere ad me ⁊ ego ſuſcipiã te. Preterea dei filiꝰ hõ factꝰ nõ ceſſauit ꝗ̃diu in hoc mundo predicauit reuocare pauperes pctõres ad pniam. dicẽs illõ Mat. ix. Nõ veni vocare iuſtos: ſed pctõres. hoc patuit in effectu i mattheo quẽ de theloneo vocauit Luce quinto et Matthe. nono. Si aliquis pauper grauiter offendiſſet regem. ⁊ rex prior eũ vocaret et rogaret eũ de pace oñderet ei magnũ ſignum benignitatis atqꝫ tũc maiori fiducia paũ ꝑ ventret ad eũ. Sic i propoſito

C ¶ Circa quod notandũ ꝙ dominus reuocat peccatores ad penitentiã tribus modis: vꝫ.

per interiorem inſpirationem.

pe exteriorem predicationem.

per bñficiorũ multiplicationem

¶ Primo igitur per interiorem inſpirationē. ꝛ hoc quaſi ſummiſſa voce bonū propoſitum inſpirādo Da exemplū de fideli amico qui primo vocat amicū ſuum delinquētē in ſecreto corrigendo eū inter ſe ꝛ ipſum ſolum: priuſq̄ ipſum coram alijs publice reprehēdat. Sed quia aliqui faciunt ipſi deo ſic eos vocanti interius quaſi ſurdam aurem ideo.

¶ Secundo vocat eos apte per exteriorē predicationem: dicens eis illud Matthei. xj. Uenite ad me oēs qui laboratis et onerati eſtis ꝛ ego ꝛc. Et de hoc clamore loq̄t deuot⁹ Ber. dicēs. Clamat caro ego inficiam: clamat mundus ego deficiam clamat diabolus ego decipiā ꝛ interficiā. clamat xp̄s: ego reficiā. Ui de tu hō quē ſequi velis. Sȝ pauci hoīes volunt ſequi Chriſtum ad iſtam ſecundam vocationem ideo.

¶ Tertio vocat eos per bñficiorum multiplicationē: et largitionē que illis impartitur in dies ēt abundante r. Da exemplū d̄ muliere q̄ ſpargēdo grana vocat ſuos pullos. Et de iſta dei triplici vocatione pōt intelligi illd̄ Cañ. vj. Reuertere reuertere ſunamitis .i. aīa peccatrix: reuertere.

Ubi nota quō ſpōſ⁹ reuocat ad ſe ſponſaȝ ſuā ter dicendo reuertere. Sȝ prodolor ip̄e conqueritur de obſtinatione hoīm dicēs illud Puer. j. Uocaui ꝛ renuiſtis: extēdi manus meas. multa bñficia abundanter largiendo ꝛ nō fuit qui aſpiceret: ſcȝ ad me dantem beneficia: gratias pro illis agēdo Et nota ꝙ nō dt̄. Non fuit q̄ acciperet: ſed nō fuit qui aſpiceret. Oēs eī ſūt ſatis parati recipe bñficia dei: ſȝ pauci volūt illi regratiari de talib⁹. Quinimo multi inde deteriores efficiunt: ſcd̄m illd̄ Deut. xxxij. Incraſſat⁹ eſt dilect⁹ et recalcitrauit. ecclia. xxix. Paſce et potabit ingratos et adhuc audiet amara ab eis.

¶ Tertio pctōꝛ ad deū ſe ꝯuertēs poſt cordis contritionem inuenit in eo benignitatē ſuſceptricē. Johelis. ij. Cōuertimini ad dñm deum vr̄m: q̄a begnignus ꝛ miſericors eſt: patiēs ꝛ multe mīe ꝛ preſtabilis ſup malitia ꝑpt̄ ſui. Eſt ei de⁹ miſericors pctā remittendo patiēs ad pn̄iam expectando: ꝛ multe mīe nō ſolū ſemel: ſed ſepius indulgendo: et preſtabilis ſup malitia pctōꝛem benigne recipiendo Ideo dicit Greg. i quadam collecta de deo eſt proprium miſereri ſemꝑ ꝛ parcere. itē probat dei benignitas multis exemplis vt patet de Dauid de Nabuchodono. De Petro. De Paulo. De Magdalena. de ȝacheo. d̄ Chananea. De muliere in adulterio deprehenſa. De bono latrone. De Mattheo ꝛ de alijs pene infinitis qui poſt grauia peccata ad deū redeuntes: benigne ab eo recepti ſūt ꝛ magis honorati q̄ prius. Et iō iſta cōſideratio diuine benignitatis in ſuſcipiēdo corde contritos deberet merito valde eleuare ſpē in nr̄am ad dominū poſtq̄ mortalr̄ eū offendim⁹. Uñ Ber. ſuper Cañ. Dino propt̄ manſuetudinē que de te predicatur O bone Jeſu curremus poſt te audientes ꝙ nō ſpernis peccatorem nō abhorruiſti peccatricē Non eīm horruiſti. confitentē latronē: non lachrymantem peccatricē Magdalenā non chananeā ſupplicantē non deprehenſā in adulterio non ſedente in theloneo: non ſupplicantem publicanum nō negantē diſcipulū: nō pſecutorē apoſtoluȝ: neq̄ crucifixores tuos. In odore ergo vnguētorum tuorū currimus. Hec ille D

¶ Exemplum ad hoc legitur ſatis autenticū quod narratur in vita beati Baſilij de quodā Senatore Romano habente filiam pulcherrimā: quā poſuit in quodam monaſterio virginum vt cōſecrata deo ſeruiret ibidem omnib⁹ dieb⁹ vite ſue. Quā cū quidam iuuenis adamaſſet. ꝛ ad eā accedere nō auderet ꝓmiſit cuidā malefico maſſā auri ſi faceret ꝙ ipſa ſaltem ei cōſentiret: vt ſponſa eius fieret. Hic ergo malefic⁹ duxit dictum iuuenē ad demonē ad cui⁹ petitionem abnegauit fidē ꝛ baptiſmum, Chriſtum ꝛ ſanctos dedit ſe principi demonum faciendo ei homagium: dans illi ſuper hoc litteras ꝓprio ſanguine ſcriptas. Poſt hec igitur dict⁹ diabolus tm̄ tentauit dictā puellam in amorem illius iuuenis vt clamaret ꝙ morte amariſſima ſe occideret niſi pater ſuus illum iuuenem ei in virum dare faceret. Pater ergo tandē illi annuit Cū ergo ei copulata matrimōio fuiſſet: ꝛ vidiſſet ꝙ ille miſſam non audiret niſi raro ꝛ hoc tm̄ vſq̄ ad per omnia prefationis: ipſa conqueſta eſt de hoc beato Baſilio epō. Qui aduocans iuuenē: tm̄ hortatus eſt eum. vt nudaȝ veritatē illi patefaceret ꝛ cōtinuo mirabiliter flens ꝛ penitēs: abrenunciauit diabolo ꝛ omnib⁹ pōpis eius in manu dicti ſancti epi ꝓ pn̄ia ꝛ abſolutione ſup tanto crimine. Impreſſit itaq̄ in fronte eius ſignuȝ ſctē crucis recludens eū ꝑ tres dies in quodā loco ſacro. Poſt hec viſitauit eū querens de ſtatu ſuo. Cui ille reſpondit ꝙ demones ꝑ tres dies apparuerant ei frementes ꝛ comminantes atq̄ improperantes eī fidem fractam, ꝛ dicentes ei. Tu ſponte veniſti ad nos: ꝛ non nos ad te. Tūc btūs Baſilius cōfortans eū et iterū ſigno crucis i eius fronte impſſo: ciboq̄ dato incluſit eū iterū ꝑ aliquos dies. Quib⁹ tranſactis iterū btūs Baſili⁹ eū viſitauit ꝛ īterrogauit vt prius. Cui ille rn̄dit ꝙ demones longius ſtantes ꝯminati fuerant illi nō tm̄ videbat eos vt prius. Rurſus epō per alios .xl. dies iniunxit ei pn̄iam Quibus expiratis iterum viſitauit eū venerabilis epō ꝛ īterrogauit vt pri⁹. Cui ille rn̄dit ꝙ bn̄ illi fuerat: ꝛ ꝙ viderat eū in ſomnis: quaſi ipſum ſuis orationibus ꝓtegentē. Tūc beatus Baſili⁹ duxit eū ad eccleſiam ſed demones nitebantur eū rapere de manu ſua. Nec tamen hoc potuerūt facere impedientibus precibus viri dei de quo ēt conquerebantur in aere clamantes violentiam ſibi factam. Tūc beatus Baſilius iniunxit iuueni certas orationes. Quo orante et beato Baſilio demones adiurans

ſe cõpulſus eſt demum per acra chirographum deferre ⁊ ipſum iter manus epi reddere. Quo recepto ipſum dedit dicto iuueni ꝙ mox recognouit veraciter eẽ ſuum. His peractis vir dei Baſilius dictũ iuuenẽ eccleſie reddidit et eiſ ancrã cõiugẽ poſt exit. ⁊ vxori reſtituit ea: hãc itaqꝫ hiſtoria manifeſte apparet ꝙ pctõr ad deum ꝑ verã cordis cõtritionem redire volẽs inuenit in ipſo benignitatẽ ſuſceptricem. Et ſic pꝫ quõ verus ꝯtritus dꝫ habere reſpectuꝫ ad deum quem offendit.

E ¶ Scdo principaľr oĩs vere ꝯtritus ⁊ dolẽs de pctis. dꝫ hꝛe reſpectũ ad culpam quã cõmiſit. Quã ſi diligenter reſpiciat: tria mala inueniet i ea ꝑꝑ que merito dꝫ eã odire. Iſta mala ſunt.

Dannoſitas.
Anxietas
Cecitas

¶ Primo igr̃ verus penitens ⁊ debite reſpiciens culpam quam cõmiſit inueniet in ea magnã dãnoſitatẽ: ⁊ hoc reſpectu triũ differẽtiarum tẽporis: vꝫ reſpectu pteriti pñtis ⁊ futuri. Primo quidẽ reſpectu pteriti quia ꝑ culpam mortalem mortificata ſunt oĩa bona pcedentia. Nã ſicut mors corpalis mortificat oĩa membra corpis: ita mors ſpũalis mortificat oĩa pcedẽtia merita. Et hoc ẽ ꝙ dr̃ Eze. xviij. ſi iuſtus auerterit ſe a iuſtitia ſua ⁊ fecerit iniqtatẽ ⁊c. oẽs iuſtitie ſue ꝗs fecerat, nõ recordabunt. i. nõ vltra ad meritũ aut pmiũ imputabunť. Ecce damnũ quod affert culpa reſpectu preteriti. Scdo affert damnũ reſpectu pñtis. Nã turbat rõnẽ ⁊ pungit conſcientiã: grauat aĩam De primo in pš. Turbati ſunt. ⁊ moti ſũt ſupple peccatores: ſicut ebrius. De ſecundo in pš. Nõ ẽ pax oſſibus meis a facie pctõꝝ meoꝝ. De tertio. Iob. vij. Factus ſũ mihimetipſi grauis. Cur nõ tollis peccatum meũ. Itẽ in pš. Iniquitates mee ſuggreſſe ſunt caput meum: ⁊ ſicut onus graue grauate ſunt ſup me. Tertio culpa damnum affert reſpectu futuri: eo ꝙ priuat hoĩem ſalute perpetua pš. Longe a pctõribus ſalus. Ecce ergo triplex damnum quod inueniet verus penitẽs in culpa quam commiſit ſi diligenter eã reſpiciat.

¶ Scdo verus penitens debite reſpiciens culpã quam ꝯmiſit: inueniet in ea anxietatem ⁊ triſtitiã. Vñ Aug. li. j. cõfeſſionũ. Iuſſiſti dñe: ⁊ ita eſt: vt penas ſibi ſit oĩs inordinatus animus. ⁊ vt dicit Ambro. in libro de Noe ⁊ archa c. j. Nihil eſt quod maioris doloris ſit ꝙ̃ culpe reatus.

¶ Tertio penitens culpaꝫ reſpiciens inueniet in ea magnã cecitatem. Culpa enim in ſe ceca eſt ⁊ cecos reddit hoĩes. Sap. ij. Excecauit eos malitia eoꝝ. Iteꝫ in pſalmo. Neſcierũt neqꝫ itellexerunt: in tenebris ambulãt. Et bene dicit. Neqꝫ intellexerũt ſupple ſuam cecitatem quia hoc malo laborant peccatores ꝙ non intelligunt ſuum defectum ſine errorẽ. Et in hoc ſunt ſimiles vxori ſenece de q̃ ipſe idẽ refert epiſto. l. ad Lucilium ſcribẽs in hũc modũ. Harpaſtes vxor mea fatua ſubito videre deſijt. Incredibilem rẽ. ſ. ſed tibi narro: ſed verã. Neſcit eñ ſe eſſe cecã. Pedagogũ ſuũ rogat vt migeret dicẽs domũ tenebroſã eſſe. Hoc aũt quod in illa ridemus omnibus accidit: nẽo eñ ſe auarũ itelligi cupidũ: nemo ambitioſũ. Sed dicimus. Nõ ego ambitioſus ſum ſꝫ nemo alter Rome viuere poteſt non ego ſumptuoſus ſum ſed vrbs noſtra magnas exigit impenſas. Non eſt meũ vitiũ ꝙ ego iracũdus ſũ: ſed hoc adoleſcentia facit. Difficulter ergo ad ſanitatem peruenimus: qꝛ nos egrotare neſcimus. Hec ille. Pꝫ ergo de tribus malis que verus penitens et corde contritus facile poteſt inuenire in culpa. Et iõ eam ſumme debet odire.

F ¶ Tertio principaliter omis vere cõtritus de peccatis debet habere reſpectũ ad penam quaꝫ peccando incurrit videlicet ad penam eternam. De qua debet in ſe videre ⁊ ꝯſiderare tria. ſ. ꝙ illa acerbiſſima: longiſſima: horribiliſſima. Et de iſtis tribus ſimul loquitur Chriſtus. Matth. xxv. predicẽs ſententiam illã et vltimum arreſtum quod daturus eſt in die iudicij cõtra reprobos in hunc modum. Ite maledicti i ignẽ: ecce pene acerbitas. Eternũ ecce pene ꝓlixitas. Qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius. ecce pene ⁊ ſocietatis horribilitas Propter quod vere contritus orat dominum cum Auguſtino dicens. Hic vre hic ſeca: ⁊ ineternum pcas. Patꝫ ergo quomodo contritio ẽ i predicamẽto ad aliquid ſiue relationis ⁊ quomodo importat triplicem reſpectũ. Uerum quod primus reſpectus et ſecundus ſunt reſpectus ſecũdarii ſeu principales tertius autẽ qui reſpicit penã: eſt tantum reſpectus ſecundum dici ⁊ minus principalis.

¶ Cõm. vj. ꝙ contritio eſt in predicamento actionis.

Confiteor tibi dñe pater celi et terre: quia peccaui nimiſ Ideo mea culpa. Matth. xj.

¶ Poſtꝙ̃ in precedenti capitulo oſtenſum eſt quomodo contritio pertinet ad predicamentum relationis: hic conſequenter oſtendendum eſt quomodo pertineat ad predicamentum actionis.

A ¶ Pro quo notandum ꝙ ipſa ꝯtritio ⁊ opatur tres glorioſos effectus. Nam ipſa:

Extergit vitium peccati
Extinguit incendium inferni.
Perducit ad gaudia celi.

¶ Primo igr̃ extergit vitium, et ſordes peccati. Nam ſicut forte lixiuiũ expellit ſordes veſtiũ lineaꝝ ⁊ fortis ꝯfricatio rubiginẽ aufert a ferro ꝙ̃ gladio: ⁊ mare oĩa putrida abijcit. ſic contritio extergit ⁊ expellit oẽ vitiũ. Propť qđ threñ. ſcđo dr̃ de vero penitẽte. Magna velut mare cõtritio tua. Ac ſi diceret ꝙ ſicut mare repellit corpora mortua a ſe et ꝓijcit illa ad litus ita etiã cõtritio expellit ab hũano corde eẽ pctm̃. In cuius rei ſignum cum pš. dixiſſet. Cõfitebor aduerſum

me iniuſticiam meam dño: quod
ſit in ↄtritione in qua cuius ↄfite
tur iniuſticiã ſuam dño: et ſub
iũxit. Et tu remiſiſti impietatem
peccati mei. De hoc ẽt extat exẽ
plũ de Petro. de q̃ dicit calixtus
papa et recitaẽ in decre. diſt. l. po
neret q̃ lachryma amariſſima pe
tri lauit ↄ deleuit pctm̃ negatio-
nis. illi⁹. Ecce quõ ↄtritio e xter=
git vitiũ pcti. dũmodo ↄfeſſio nõ
cõtẽnatur. vt habeẽ de pe. diſt. i.
menſuram. Q᷒ ſi alie ptes pnie
contẽnãẽ: ipſa ↄtritio circa re=
miſſionem peccati nihil operaẽ
vt notaẽ vbi ſupra. c. reſuſcitam⁹
Sed heu multi ſunt qui de faci=
li fundũt abũdentiſſimas lachry
mas pro dãnis mũdialib⁹ ꝑ
mortuis amicis corporalib⁹: aut
ꝑ variis langoribus qui tamẽdu
riſſimi ſunt ad plorandũ grauiſ
ſima peccata ſua ↄ periculũ eter
ne dãnationis. Unde de talibus
qui habent dolorem de penis q̃s
patiũẽ ↄ non de culpis q̃ g'eos in
dies perpetrãẽ poteſt intelligi
illud Eccleſi. l. Oppreſſiones fa=
mes flagella: ↄ cõtritiones ſuper
iniquos creata ſunt.

¶ Secundo contritio extiguit in
cendiũ inferni. Unde ꝓſper in
ſententiis: ↄ ſiẽr recitaẽ de peni.
diſtin. ptima ſi cui lachryme que
ex vera contritione fluunt eter=
ni ignis incendia extinguunt.
Magna ergo et admirabilis eſt
actio contritionis: maxime cum
illum ignem infernalem quẽ to
ta aqua maris pariter ↄ omnium
flumorũ atq̃ fontium extingue=
re nequaq̃ põt minima lachry=
ma ex corde contrito fluens ipſũ
totalẽr extinguit. Debet tñ talis la
chryma eſſe amara: q2 homo pec
cauit ↄ̃ illum qui ipſum creauit
amarior q2 illum offendit qui eũ
redemit amariſſima q2 ↄtra pa=
trem ſuũ peccauit q̃ eũ quotidie
paſcit ↄ potat corporaliter vite
neceſſaria illi tribuendo. Itẽ ſpi
ritualẽr corpus ↄ ſanguinem ſuũ
in ſacramentũ altaris illi tribuẽ
do. Et nota q̃ ↄtritio dz extigue
re ignẽ inferni pro quanto virtu
te illius de⁹ ↄmutat penam eter
nam in temporalem. Quinimmo
vbi ipſa contritio eſt multũ ve=
hemens tunc remittit omnẽ pe
nam. Et hoc eſt quod ait Chry=
ſo. homi. vij. in pctis inquit ſi do
leamus ↄ triſtemur peccati ma=
gnitudinem. i. penam. pctõ debi
tam minuimus. ↄ quod erat ma=
gnũ reddimus paruum ſepe ꝓo
ↄ funditus ipſum totum delem⁹
hec ille. Da exemplum de gutta
aque proiecta in fornacem ignis
que ſtatim reſoluiẽ ↄ totalẽr con
ſumitur.

¶ Tertio ↄtritio ꝑducit ad gau
dia celi. et hoc voluit inuere xp̃s
in illis verbis Mat. v. Bti q̃ lu
gent: qm̃ ipſi cõſolabunẽ. Videẽ
itaq̃ ipſe xp̃s loqui ipſis penitẽ=
tibus ↄ pctã ſua flentibus: dicẽs
illud Luc. vj. Beati qui nunc fle
tis. i. qui in preſenti de commiſ=
ſis pctis doletis: q2 ridebitis: ſup
ple in celo. Item Johã. xvj. Plo
rabitis ↄ flebitis vos ſupple ve=
ri penitẽtes. mundus autem gau
debit. i. homies mũdani. Uos au
tẽ ↄtriſtabimini: ſed triſtitia vr̃a
ↄ̃uerteẽ i gaudium. Ecce quomodo
contritio perducit ad regnũ ce=



lorum. Hoc idem etiam voluit i
uenire pſ̃. cum ait. Qui ſeminãt
in lachrymis ſupple: cõtritionis
e doloris de pctis in exultatione
metẽt. ſ. gaudiũ in preſẽti ↄ eter
nũ in futuro. Eſa. lxj. Dabo inde
dñs coronã ꝓ cinere oleũ gaudiũ
ꝓ luctu palli⁹ laudis ꝓ ſpũ mero
ris. Sequiẽ in pſ. Euntes ibant
ↄ flebant. Hoc ẽt referẽ ad con=
tritos corde de pctis q̃ debẽt con
tinue ꝓficere magis: ac magis
de peccatis pteritis dolendo: di
cente ſcriptura Eccle. v. de ꝓpi=
ciatu pctõꝝ noli ẽẽ ſine metu q̃ſi
diceret. O pauꝑ pctõr q̃ntũcũq̃
doleas de pctis tuis tñ ſꝑ timere
debes ne plene ſint tibi dimiſſa
ꝓuer. xxviij. Beat⁹ hõ qui ſẽper
eſt pauidus. Ecce quõ veri pe=
nitentes debent curdo ſẽre idẽ
in fletu gemitu ↄ planctu de pec=
catis non ſolum perſeuerare ve
rum etiam proficere: mittentes
ſemina ſua. i. pmittentes in ter=
ra viuentium ſemina ſua. i. bona
Uenientes aũt ſupple: ad gñale
iudicicium: venientes a mortuis
reſurgendo cum exultatione eo
q̃ euaſerunt periculum eterne
damnationis: ↄ peruenerunt ad
portum eterne ſalutis portantes
manipulos ſuos. i. fructus ſemi=
num ſuorum ſiue bonorũ operũ
que in preſenti geſſerunt ↄ ſignã
tes dolendo de peccatis ſuis. Pz
ergo quid operatur vera cordis
contritio. Ualde ergo miſeri et
fatui ſunt qui negligunt de pec=
catis ſuis confiteri. Et ſic patet
de p̃dicamẽto actionis.

¶ Capitulum. viij. q̃ contritio eſt
in p̃dicamẽto paſſionis.

Confiteor tibi dñe
pater celi ↄ terre
quia peccaui ni
mis ideo mea cul
pa Math. xi.

¶ Poſtq̃ i p̃cedẽ
ti ca. oſtẽſuz ẽ ꝓbatũ quõ ↄtritio
ẽ in p̃dicamẽto actionis hic ↄñr
idẽ oſtẽdẽdũ eſt de p̃dicamento
paſſionis. Qui ei veraciẽ dolet ↄ
ↄteriẽ de pctis ſuis patiẽ in aĩa
etiã quãdoq̃ in corpore ↄ hoc ex
redũdantia doloris qui eſt in aĩa
adeo vt aliqui effundãt abũdan=
tes lachrymas ꝓ pctis ſuis. Ecce
paſſio. Ad cuius euidentia in de
qua huiuſmodi lachrymarũ tria
videbuntur: que ſunt

Conditionis
Congruitatis
Petitionis.

A ¶ Primo igiẽ videndum eſt
de cõditionibus predicte aque/
que ſunt quatuor. Debet enim
huiuſmodi aqua lachrymarum
ad hoc e q̃ proſit ↄ lauet animam
a maculis pctõrum: eſſe

Calida
Munda
Amara
Uiua.

B ¶ Primo quidẽ calida. Non
enĩ qualiſcũq̃ aqua munda ſor=
des corporales: ſed tñ aqua illa
que eſt calida. Sic neq̃ qualeſ=
cũq̃ lachryme neq̃ qualiſcunq̃
dolor de pctis delet peccata que
ſunt immundicia anime: ſed tm̃
ille dolor qui eſt acceſſus igne di
uini amoris. Cum ergo quis do=
let ſe peccaſſe ꝓpter deuz quem
ſumme diligit tunc vere cõteriẽ
Talem autem aquã calidam fu=

ait Magdalena ad pedes xp̄i.
De qua loquens Greg. homel.
xxxiij. ait Diſcite quo dolore ar=
der q̄ſere inter epulas nō erube
ſcit. Nā q̄ ſemetipſaꝫ grauiť eru
beſcebat intus nihil eē credidit q̄
verecūdaretˀ foris. Sꝫ ꝑfecto ali
q̄ fundūt aquā frigidam ꝑ pctīs
ſuis et ideo tales non mundanť
a ſuis delictis. Hi ꝫ ſūt q̄ tiore ſo
lū pene dolent de pctīs ſuis ꝛ nō
amore iuſticie: ꝛ tales ſūt ſimiles
illis q̄ ducunť ad ſuſpendiū q̄ do
lent ſe commiſiſſe caſum propter
quē opoꝛteat eos ſic turpiť mo=
ri nec tamē plene dolent de offen
ſa in ſe. De lachꝛymis ergo ta=
lium poteſt intelligi illud pſ. In
diluuio aquarum multarum ad
eum. ſ. deum non approximabūt.
Tales etiam quodammodo aſſi
milantur demonibus et damna
tis omnibus qui dolent de pecca
tis ſuis nō quidem propter deum
offenſum: ſed propter cruciatuꝫ
et tormentum iuxta illud Sap̄.
v. penitentiam agentes ꝛ pꝛe an
guſtia ſpiritus gemētes. Sicut
ergo talis doloꝛ qui eſt propter
penas non prodeſt damnatis ita
neqꝫ doloꝛ viuentium peccato=
rum qui non eſt propter deum
illis prodeſt ſaltem ad remiſſio=
nem culpe: et ad meritum vite
eterne. Quale igitur remedium
Certe optimum. ſ. ponere aquaꝫ
lachꝛymarum ſuper igne diuini
amoris: ita ſcilicet q̄ peccatoꝛ
principaliter doleat de peccato ꝑ
pter deum ſumme dilectum. Et
qui ſic calefecerit lachꝛymas ſu=
as indubie cum illis lauabit im
mundiciam ſui cordis.

Secundo aqua lachꝛymarum
debet eſſe munda iuxta illud do
mini verbum ad penitentes Eze.
xxxv. Effundam inquit ſuꝑ vos
aquā mundā ꝛ mūdabimini ab
oībꝰ inquinamentis vr̄is. Nō ei q̄=
liſcunqꝫ aq̄ mūdat ſordes veſtiū
ſed ſolum munda q̄ immunda a
qua magis maculat veſtes q̄ an
te. Sic ſolum aqua munda ocu=
lorum mentis mundat ꝛ purgat
ad immundicia peccatoꝝ. Tunc
autem talis aque lachꝛymarum
eſt munda: cum quis pleno coꝛ=
de dolet de peccatis proponēs in
futurum ad ea non redire inter=
ueniente dei gratia et adiutoꝛio
E contrario autem illa aqua la=
chꝛymarum ē immunda cū quis
flendo preterita peccata: immi
ſcet ꝓpoſitum redeundi ad vo
mitum vel non vitandi occaſio=
nes peccatoꝛum. Fletus ergo ta
lium eſt aqua turbida non mun=
dans ſꝫ magis coinquinans. Vn̄
Iſido. d̄ ſummo. bono lib. ij. cap.
xiij. Comparat illos qui deflent
commiſſa peccata nec tamen ab
ſtinent a cōmittēdis illi qui lauat
laterem crudum. Quem quanto
magis lauerit tanto amplꝰ lutuꝫ
facit. Dicit etiā idē vbi ſupra ca.
xvj. Et ſiľr recitať i decre. de pe.
di. iij. irriſoꝛ. q̄ ille irriſoꝛ eſt ꝛ nō
penitens qui adhuc agit quod
penitet. Nec videat deum poſce
re ſubditus ſed ſubſanare ſuper=
bus. Canis reuerſus ad vomitū
eſt penitens ad peccatum. Multi
enī indeſinenter lachꝛymas fun=
dunt ꝛ peccare non deſinunt. Et
poſt pauca Eſayas. de peccato=
ribus dicit. Lauamini mūdi eſto



te lauatur et mundus eſt qui ꝛ
preterita plangit ꝛ flenda iterum
nō admittit. Lauať ꝛ nō ē mundꝰ
qui plangit q̄ geſſit nec deſerit ſꝫ
poſt ea chꝛymas ea q̄ fleuerat re
petit. Hec ibi. Itē. c. ſeq̄n. q̄d̄ ici=
pit. Inanis d̄t Au. Inanis ē peni
tentia quā ſeq̄ns culpa co inq̄nat
Nihil pꝛoſunt lamenta ſi replicā
tur pctā. Pꝫ. ꝫ q̄ aqua cōtritiōis
debet eſſe munda.

Tertio ꝑdicta aqua debet eſſe
amara. In cuiꝰ rei teſtimoniū
Ezechias poſtq̄ ſuperbiuit de vi
ctoꝛia ſibi a domino data de ſen=
nacherib: poſtmodum conuertit
faciem ſuam ad parietem et flēs
dixit ad dn̄m illud Eſay. xxxviij.
Recogitabo tibi omnes annos
meos i amaritudīe anime mee
Notandum tamen q̄ duplex eſt
amaritudo ſicut ꝛ duplex genus
lachꝛymarum. Eſt enim quedaꝫ
amaritudo pꝛoueniens ex dicta
mine recte rationis cum delibe=
ratione deteſtando peccatum.
Et hec eſt virtus imperans do=
loꝛem. Verbi gratia. Aliquis ma
gnus peccatoꝛ dictat q̄ magnum
malum ꝛ magna ingratitudo eſt
offendere patrem celeſtem bene
factoꝛem precipuū ꝛ qui ei nūq̄
nocuit ſemper benefecit et ideo
dolet ſecūdum illud Hieremi. ij.
Scito et vide q̄ꝛ amarum eſt te=
dereliquiſſe dominum deum tuū
Alia eſt amaritudo ſenſus que
frequēter ſequitur ex ꝑma. Ma=
xime ſi non ſit indiſpoſitio com=
plexionis vel aliunde. Pꝛima igi
tur amaritudo ſemper requiriť
ad verā contritionē. Non autem
ſecunda eo q̄ illa non eſt in no=
ſtra poteſtate Alias fleremꝰ q̄n
vellemꝰ. Nā aliq̄n eſt meritoꝛiū
velle flere ꝛ non poſſe q̄ꝛ fletibus
abūdare. Et idō cuidā ꝯq̄renti q̄ nō
poſſet flere peccata ſua fuit con=
ſultum a cōfeſſoꝛe ſuo q̄ doleret
q̄ non poterat flere. Sed q̄ritur
circa hoc verū mulier q̄ habuit
filium de adulterio teneať velle
ipſū nūq̄ꝫ habuiſſe. Rn̄det q̄ circa
hoc facieda ē ſeparatio filij a pec
cato: quia facta diligat filium et
odiat peccatum.

Nota circa hoc hiſtoꝛiam
de illa muliere que ex adulterio
cōcepit et genuit tres filios qui
eualerant in maximos viros.
Pꝛimus dictꝰ eſt Petrus Lom=
bardus qui edidit quattuoꝛ li.
ſentē. Scd̄s Petrꝰ comeſtoꝛ qui
edidit hiſtoꝛiam ſcholaſticam.
Tertius gratianus: qui edidit
decretum. Predicta ꝫ mulier ad
extrema veniens conſiderans q̄ꝫ
tum bonum prouenit ex eccleſie
medio filioꝛum ſuoꝛū nō poterat
dolere de pctō ſuo. Ad quam con
feſſoꝛ ſuus ait. Saltem doleas
de eo q̄ non potes dolere. Quod
illa fecit ꝛ ſic euaſit dānationem
eternam: vt poſt obitum ſuum
eidem confeſſoꝛi apparēs ꝛ gra=
tias agens de ſalubri eius con=
ſilio narrauit. Patet ergo quo=
modo cōtritio debet eſſe amara.

Quarto aqua contritionis et
lachꝛymarum pro peccatis de=
bet eſſe viua. Et de hoc poteſt i
telligi illud verbum Chꝛiſti ad
mulierem Samaritanē Johan=
nis quarto. Si inquit ſcires do=
nū dei ꝛ quis eſt q̄ dicit tibi da
mihi bibere tu foꝛſan petiſſes ab

eo bebere ⁊ dediſſet, tibi aquam
viuam. Sed q̄re aqua ꝯtritionis
vocatur viua. Rñſio. Hoc per ſi
militudinē dictū ē. Nā ſicut aq̄ il
la dr̄ viua q̄ ſep̄ fluit et currit ita
ēt, hac ratione aqua ꝯtritiōis dr̄
viua eo ꝙ deb; iugiter ſcaturire.
Hāc aūt aquā inſtanter petebat
Hieremi. ix. c. cū dicebat. Quis
dabit capiti meo aquā et oculis
fōtem lachrymarū. Tūc ꝑ q̄s ha
bet iſtam aquam viuam: ſi quoti
ens recordatur peccatorum prę=
teritorum dolet illa commiſiſſe ⁊
ſi eſſet poſſibile vellet illa nunꝗ̄
cōmiſiſſe. ꝙ ſi eſſent ad huc con=
mittenda: pro nulla re mundi
vellet illa committere. Et preter
hoc habet firmum propoſitum i
futurum omnino ſibi cauere ab
omni malo quantum patit hu=
mana fragilitas: interueniente:
gratia dei. O ꝗ̄ fidelis igitur il=
la anima eſt cui dat habere talez
aquam calidā mundam: amaraz
⁊ viuam.

D ¶ Sed forſan dices. Certe
libēter haberē talē aquā tā vti=
lem ⁊ taz necellariam ſed neſcio
modū habendi eam. Quid igitur
facere debeo pro illa obtinenda
et reperienda. Reſponſio. Vade
ad pedes bñdicti crucifixi: ⁊ ibi
conſidera diligenter: et mēte re=
uolue quanta paſſus eſt pro te et
ꝗ̄ pronus eſt ad te recipiendum
ad miſericordiam. Nam vt dicit
Bernar. Nullum cor tam durum
eſt quod non emollitur ſi paſſio
domini ad memoriam reuocet.
Bene ergo nos admonet ſcriptu
ra Eſaye. xij. dicens. Haurietis
aquas in gaudio de fontibus ſal
uatoris. Ubi per fontes ſaluato
ris intelligunt riuuli fluentis ſā
guinis de latere ⁊ manib⁹ ⁊ pedi
b⁹ Christi. Tunc ꝑ pctōr haurit
aq̄s ꝯtritionis ⁊ lachrymarū de
fontib⁹ ſaluatoris qñ ꝯtēplat cor
de deuoto iōam xp̄i paſſionē. Itē
meditare q̄ꝺū p̄miū paratū ſit in
celo plorātib⁹ ⁊ fluentib⁹ peccata
ſua ⁊ ſimiliter q̄ꝺta ſupplicia ob=
ſtinatis reſeruentur in inferno.
Quod vbi feceris erit certe cor
tuum durius adamāte ſi non ſcin
datur et emollitur ad contritio
nem. Et breuiter quicunq; bono
corde petit a dño predictaz aquā
ineuitabiliter obtinebit eaz ſicut
ſequens declarat exemplum.

E ¶ Legit enim ꝙ cū quidam cō
fiteret cuidā diſcreto ꝯfeſſori mł
ta grauia peccata eiq; pſuadere ꝺ
dict⁹ ꝯfeſſor vt ploraret ille rñdit
nō poſſe hoc facere ꝗ̄uis libēter
hoc faceret. Ad quē ſacerdos pe
te inq̄t lachrymas a dño ⁊ idubie
illas dabit tibi. Cum itaq; ali=
quanto tempore illas poſtulaſſet
aduocauit notarios publicos di=
cens. Facite mihi inſtrumentum
ꝙ petiui ⁊ peto lachrymas a do
mino ꝓ pctis meis et ille nō dat
mihi eas. Et omnes hic preſen=
tes ſunt teſtes huius. Cunq; illi
notarij manum miſiſſent ad con
ficiendum ſibi chartulam ſeu in
ſtrumentum: pauper peccator
cepit adeo abundāter flere ⁊ ſin
gultus atq; ſuſpiria emittere qꝺ
inter huiuſmodi lachrymas vlti
mum ſpiritum exhalauit. Et ſic
ſaluus factus eſt vt pie creditur
Si quis ergo dicat non poſſe fie
ri peccata ſua recurrat ad xp̄m



que eſt petra ſcḋm ſententiā apo
ſtoli et percutiat cū virga li gue ſue
miſericordiā ⁊ lachrymas iplorā
do ⁊ indefectibiliter hmōi petra
dabit aq̄s. In cui⁹ figura legitur
Joſue. xv. ꝙ Othoniel ꝯſuaſit v=
xori ſue Axe vt apō přez ꝯq̄rert
poſſeſſionem habere parentum ⁊
per ꝯña ſterilē. Et iō tādē ꝓ irri
gatiōe dicte hereditatꝭ. Caleph
př eius dedit ſibi irriguū superi⁹
⁊ inferi⁹. Ad ꝓpoſitum axa ſigni=
ficat animā peccatricē que ha=
bet conſcientiam ſterilem ⁊ ari=
dam et ideo ꝓ ſummo remedio
conſulendum eſt ſibi: vt petat a
patre ſuo celeſti aquam lachry=
marum. Quod vbi fecerint incō
tinenti dabit ei irriguū ſuperius
⁊ īferi⁹. Hoc ē dicere ꝙ faciet eā
flere de amiſſione celeſtium bo=
norum ⁊ de incurſione ſiue obli=
gatione ⁊ ſuppliciorum inferna=
lium. Ecce irriguum inferius.
Sicq; ab vtraq; parte .ſ. in ſu=
periori et inferiori celi et inferni
deducentur lachryme: irrigan=
tes conſcientiam peccatricis a=
nime vt ſic poſſit ꝓducere fru=
ctū penitētie et cōtritionis vere
vel dic ꝙ irriguum ſuperius eſt
dolor de peccato ſecundū partem
intellectiuam. Irriguum vero
inferius eſt dolor de eodem pec
cato ſecundum partem ſenſitiuā
Et qꝛ vterq; dolor ſeu irriguum
eſt ſpeciale dei donum: ideo ab
eo petendum eſt ⁊ hoc totū ad
irrigandum conſcientiam pecca
tricem: vt dictum eſt. Et ſic pa=
tet ⁊c.

¶ Capitulum. viij. ꝙ contritio ē
in ꝓdicamento quando.

Confiteor tibi domi
ne pater celi ⁊ ter=
re: qꝛ peccaui nimiꝭ
iō mea culpa Matt.
xi. ¶ Poſtq̄ꝫ in p̄ce=
denti. c. oñſū ē quō ꝯtritio pertinet
ad predicamētū paſſiōis hic ꝯñr
oñdēdū ē q̄r ꝑtineat ad ꝓdica=
mētū qñ. Ad cui⁹ euidētiā q̄rit.

B ¶ Qñ cōterēdum eſt de pctis
Rñdet ꝙ cito ⁊ feſtināter ꝯteren
dū eſt de pctō ſaltez vbi ē notabi
le periculuz. Pōt ei ex cā differri
confeſſio ſimilit ⁊ ſatiſfactio ſed
nūꝗ̄ cordis ꝯtritio et hoc ꝓpt
multa. ¶ Primo q̄dē ꝓpter reue
rētiā ⁊ honorē expectātis q̄ deus
eſt: eſſet enī nimiū turpe ⁊ maxi=
me reꝑhēſibile ſi aliq̄s ruſtic⁹ fa
ceret diu expectare regē aut im=
peratorē ad ianuaz ſuaz ⁊ maxie
vbi vellet intrare domum ſuā ad
illi⁹ vtilitatez vtpote cū magnis
muneribus ⁊ donis. Modo ſic eſt
ꝙ ille q̄ eſt rex regū ⁊ dñs dñan=
tiū expectat pauꝑes pctōres ad
pñiam ⁊ cōtritionē volēs ad eos
intrare ꝑ grāz ad maximaz eorū
vtilitatē dicens illud Apoca. iij.
Ego ſto ad oſtiū ⁊ pulſo ſi q̄s mi
chi apuerit ꝑ dolorē de pctis, in=
trabo ꝑ grāz ⁊ cenabo cū illo per
ſacri altaris ſpē ſuo ſuſceptio=
nē. Caueat ꝑ pctōr ne nimis dif=
ferēdo ꝯteri irā dei ꝯtra ſe ipla=
cabilit ꝓuocet ⁊ hoc ē qꝺ ꝯſulit
ſapiēs. Eccle. v. dicens. Ne tar=
des cōuerti ad dñm et ne diffe=
ras de die in diē. Subito ei vēiet
ira ei⁹ ⁊c. De hac etiam expecta=
tiōe ſcribit Eſa. xxx. Propterea ex
pectat vos de⁹ vt miſereat vr̄i.
¶ Scḋo ꝓpter icertitudinē vite

ꝛ ẗpis. Auis eni q̄ꝫ primus videt
ſagittariū diſponētē arcū ꝛ ſagit
tā ſubito euolat nec ictū expectat
Sic eſt aūt q̄ dn̄s q̄tidie ꝯminat̄
pctōribus nūc infirmitates īferē
do nūc ꝑditionē bonoꝝ tpaliū inti
tendo nūc mortē amicoꝝ parētū
ꝛ bn̄factoꝝ cauſādo nūc vicinos
ſuo s ō medio auferendū caueat
ḡ pctōꝛ ne ſnimis expectādo peni
tere ferit eū dn̄s gladio ire ꝛ furo
ris ſui de q̄ ī ps. Niſi ꝯuerſi fueri
ritis gladiū ſuū vibrauit arcū ſu
uꝫ tetendit et parauit illū ſup. ad
ſagittandum cōtra obſtinatos q̄꞉
ḡ hora mortis nr̄e ē nobis īcerta
iō poſtq̄ꝫ peccauimꝰ quanto ma-
gis debemꝰ nos extra pīculū et-
ne dānationis ponere Qḋ ſit per
ꝯtritionē. Ad qḋ ēt nos admōet
xp̄s Mat. xxiiij. di. Eſtote parati
q̄ q̄ hora neſcitis filiꝰ hois ventu
rꝰ ē ſup. ad iudiciū tā ḡnale qḋ
fiet in fine ſeculoꝝ q̄ꝫ ꝑticu
lare qḋ fit ī morte cuiuſlibet.

¶ Tertio ꝓpt̄ dānificationē mo
re ī pctīs. Hōs ei pedē vl̄ manū ī
igne nō ex peetat nec ꝯſiliū q̄rit
ab amico d retrahēdo hmōi mē
brū ab igne: ſic ē aūt q̄ pctm̄ mor
tale ē velut ignis grecꝰ deuorās
q̄cq̄d bōi inenit ī aīa q̄ꝫ ſemel īua
dit iuxta illud Job. xxxj. Ignis
eſt vſq̄ꝫ ad cōſumptionē deuorās
ꝛ oīa germina eradicās gallice
ꝑ met tout au net. Inſuꝑ longa
mora in pctō facit alia tria ma
la. Primū eſt q̄ reddit hominem
valde difficilē ad redeundum ad
deū per pn̄iam iuxta illḋ Hiere.
xiij. Si mutare pōt ethiops pel-
lē ſuā aut pardus va rietates ſu-
as ꝛ vos poteritis bn̄facere cum

didiceritis malum. Scḋm malū
ē q̄ valde facilitat ad malū ꝓpt̄
malū habitū q̄ generat̄ ex freq̄n
tatis actibꝰ malis. Tertiū malū
ē finalis obſtinatio ꝛ induratio ī
malo. Nā vt dt̄ Aug. ſer. j. ferie
q̄te poſt tertiā dn̄icā q̄dragesime
ex mltitudine pctōꝝ deſperatio
naſcit̄ ꝛ ex deſperatiōe obdura-
tio ḡnat̄ ſecūdū illud ꝓuer. xviij.
Pctōꝛ cū in ꝓfundū maloꝝ vene
rit cōtēnit. Et breuiter vt dicit
Sene. ad Luci. ſcibēs epl̄a. xxx-
viij. deſinit eē remedio locus
vbi que fuerant vitia mores ſūt
ecce ergo quō mora ſui cuilibet
eſt nociua vt dt̄ de re. iur. lib. vj.
Cito ergo reſurgēdū ē a pctō ſal
tē ꝑ cōtritionē ꝓpter dānificatio
nē q̄ incurrit̄ ex lōga mora ī ipſo
¶ Quarto cito ꝯterendum ē de
pctō ꝓpt̄ indignationē eterni re
gis ꝛ iudicis. Uidemꝰ eni in cu-
rijs principum q̄ ſi q̄s offēderit
principē et cognouerit eū cōtra
ſe iratum nō ceſſat multiplicare
p̄ces ꝛ rogare amicos vt interce
dant pro eo quouſq̄ꝫ reconciliet̄
ei. et de hoc hiſtoriam habemus
ij. Regū. xiiij. de Joab q̄ media-
uit inter Dauid ꝛ filiuꝫ ſuū Abſa
lon. Primo eni nolebat euꝫ vide
re pr̄ ſuus Dauid eo q̄ occidiſ-
ſet fratrem ſuū Ammō Sed tan
dē illi pepcit ad inſtātiam ipſius
Joab. Sic eſt aūt in propoſito q̄
hō per pctm̄ prouocat irā dei con
tra ſe. et ideo cū oī diligentia dꝫ
laborare vt q̄tociꝰ reconcilietur
ei ne forſan iubeat eū ſuſpendi
in patibulo inferni. Fit autem
hmōi recōciliatio inchoatiue ꝑ
cordis contritionē q̄ a deo grata
eſt deo vt dicat ps. ad eundem

deū. Coꝛ ꝯtritū ꝛ hūiliatū deꝰ nō
deſpicies. Parent ḡ q̄tuoꝛ ratio
nes ꝓpter q̄s cito ꝯterēdū eſt de
pctō. Studeat ḡ quilibꝫ peccatoꝛ
amodo ita facere.

¶ Capitulum nonum q̄ contritio
eſt in p̄dicamento vbi.

Confiteoꝛ tibi dn̄e
pr̄ celi ꝛ terre: q̄ꝛ
peccaui nimi̇s. Jō
mea culpa Mat.
xi. ¶ Poſtq̄ꝫ ī p̄ce
dēti. c. dclaratū ē
quō ꝯtritio ꝑtinet ad p̄dicamētuꝫ
q̄n hic ꝯn̄r reſtat oñdere quō ꝑti
neat ad p̄dicamētū vbi. Ad huiꝰ
ḡ euidētiā q̄rit̄.
tris quo ad vota explenda q̄ ille vouerat. Et nota ꝙ nō eſt hic q̄ſtio de teſtamento ī quo moriēs pōt onerare heredē ſuū vſq; ad certaꝫ portionē ſubſtantie ſue ſaltem quo ad mobilia. In talibus enī ꝓcedendū ē ſcdꝫ conſuetudinē patrie. Et ad legē ꝑallegatā dr̄ ꝙ filius inquātum heres tenet̄ pro debito patris in foro exteriori ⁊ ꝯtētū ad debita ciuilia ſed nō quo ad debita cōtracta ī foro īteriori diuino. Qr vt hr̄ Ezechiel'. xviij. Filius non portabit iniquitatem patris ⁊c. Nichilominus vbi filius aut heres ſubmittit ſe ad peregrinādum ꝓ parte aut aliud faciēdū tūc ad illud tenetur ſub pena pcti mortalis tāq̄ ipē in ꝓpria feciſſet tale votū. Et ſic pꝫ ad dubiū. Z ¶ Sextum dubium ē tale Utrum obligatus eſt aliquā ſatiſfactionem in ſacramentali abſolutione teneat̄ eam ꝯtocius ꝯplere. Reſponſio diſtinguendum eſt aut enim ſibi ꝑfigitur tēpus explēdi cauſa non autem prefigit̄. Si primū tunc ceſſante omni legitimo impedimento tenet̄ eam implere infra prefixum ſibi tempus. Alias efficitur inobediens ſuo confeſſori. Poteſt tamen confeſſor poſtmodum prolōgare tempus ex cā rationabili. Et ideo multū expedit ꝙ vbi penitēs non pōt commode explere penitentiam ſuam infra ſibi ꝑfixum tempus habeat recurſum ad ſuum confeſſorē petens ab eo dilationem ſiue prolongationeꝫ temporis et termini. Quā etiaꝫ ille poteſt dare totiens quotiens niſi forſan eſſet expirata eius auctoritas. Inſuper notandū iuxta hāc materiam ꝙ cōfeſſor nūq̄ debꝫ ꝑfigere tempus ſatiſfaciēdi illi q̄ ſibi ꝯfitetur niſi veriſimiliter credat ꝙ ille poſſit pniām taleꝫ infra hmōi tps īplere. Et iō valde expedit vt petat ab eo ſi poſſit et velit ſatiſfactionē ſuā explere infra tale tēpus ꝙ ſi dixerit ꝙ non tunc ꝓlonget ſibi tp̄s ſufficiēs. Si vero ꝯfitens peteret inducias irrationabiles ſatiſfaciendi tunc manifeſte oſtēderet ſe nō vere penitere ſꝫ poti⁹ ſacramentū ꝯfeſſiōis vna cū cōfeſſore irridere. Et ſic patꝫ qd ſit dicēdū quādo ꝯfitenti prefigitur terminus ſatiſfaciēdi Si autē non prefigitur ſibi tempus tunc videtur teneri ad ſatiſfaciendum quā̄primū commode pōt. Qr vt hr̄. ff. de reg. iur. l. i oībus. In oīb⁹ obligationib⁹ in q̄bus dies non ponitur: preſenti die debetur. Patet ergo de ſatiſfactione ī gnāli quo ad deū.

¶ Capitulū. ij. de ſatiſfactione q̄ fit per elemoſynam.

Confiteor tibi domine pater celi et terre. Matthei. xi. ¶ Poſtq̄ in ꝑcedenti ca. habitū ē de ſatiſfactione in gnāli q̄ ad deū hic ꝯnr̄ tractandū de eadem in particulari reſpectu ipſius dei ⁊ ꝑſertim de illa que fit per elemoſynam q̄ vt patuit in tertio dubio ꝑcedenti prefertur oratiōi ⁊ ieiunio. Et ideo de illa primo diſſerendum eſt. Pro quo notandum qd̄ regius propheta Dauid volens inducere diuites ⁊ potētes huius ſeculi ad elemoſynarū largitionem dicit ſic. Beat⁹ q̄ intelligit ſuper egenum ⁊ paupere in in die mala ⁊c.

A ¶ In quibus quidem verbis tria principal'r facit. Primo enī oſtēdit cui ſit danda elemoſyna cū ait. Beatus qui intelligit ſup' egenum. ⁊c. Scdō declarat quō ipſa a malo libera Quia in die mala liberabit eum dominus. Tertio fructus multiplices eiuſdem elemoſyne īſinuat cū ſubiungit Dominus conſeruet eum.

¶ Primo igitur oſtendit pſalm̄. cui ſit danda elemoſyna cuꝫ ait. Beatus qui intelligit ſuper egenuꝫ ⁊ pauperē. Eſt ḡ elemoſyna danda egeno ⁊ paupꝑi ⁊ nō diuiti ac potenti: inſuꝑ eſt danda cū diſcretione iuxta illō poeticū. Cui des videto: ideo dicit pſal. Btūs qui intelligit. i. qui cum intellectu ⁊ ratiōe ſubuenit neceſſitatibus egenorum ⁊ pauperum.

B ¶ Pro quo notandum ꝙ ſunt tria genera pauperum.

¶ Primi ſunt q̄ talem ſtatuꝫ elegerūt ꝓpter xp̄m: vt viri religioſi mēdicātes q̄s nō traxit inopia ſed xp̄i amor. q̄ ⁊ paupꝑtatē elegit ī pn̄ti vita iuxta illud Matt. viij. Uulpes terre foueas hn̄t ⁊ volucres celi nidos: filius aūt hoīs non habet ⁊c. Unde ⁊ cuidā adoleſcenti eū interroganti quomō poſſet ſaluus fieri ait illi. Si vis perfectus eſſe vade. ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊ da pauperibus: et veni ⁊ ſeq̄re me ⁊ habebis theſaurum in celo. Matthe. xix. Sed profecto multi religioſi mendicantes ſunt ſimiles dicto adoleſcenti de quo vbi ſupra ſubditur ꝙ audiēs Chriſti reſponſum ⁊ conſiliuꝫ de paupertate eligenda abijt triſtis ſic ⁊ multi religioſi mendicātes amare et triſte ferūt ſuā mendicitatē. Propter quod nonnulli taliū faciunt ſe diſpenſari ad bñficia. alij ꝓcurāt apd ecclie ꝑlatos vt ſaltem ſint eorum ſuffraganei Alij euolant ad religiones poſſidentes ſed non ꝓpter Jeſum tm̄ Alij aūt q̄cq̄d mendicando ꝯgregare poſſunt etiam ꝑ fas ⁊ ꝑ nefas ſibiipſis reſeruant ⁊ efficiunt̄ ꝓprietarij in ꝑditionem animaꝝ ſuarū: q: reſpiciūt retro. i. ad ea q̄ poſt ſe reliquerāt religionem intrādo. Et ideo tales iuxta dñi ſententiā. Lu. ix. non ſunt apti regno dei: ſed potius igni infernali ibi arſuri ſine fine cū magno patre eoꝝ diuite epulone. Luc. xvj. Ueris ergo religioſis mendicantibus ⁊ regulariter viuentibus ⁊ ſignanter q̄ ſuis ꝑdicatiōib⁹ ꝓcurant ſalutē animarū eſt danda elemoſyna quaſi ex debito. Quia vt dicit apoſt. j. Cor. ix. qui altario deſeruiūt de altario participāt. ita ⁊ dñs ordinauit his q̄ euāgeliū annunciant de euāgelio viuere. Itē paulo ante in eodē capitulo. Si nos inquit vobis ſpūalia ſeminauimus magnū eſt ſi nos carnalia veſtra metam⁹. Quaſi dicat nō. Sed profecto multi diuites male attēdunt ad hāc obligationē. Nam neq; predicatores volunt gratis reſpicere hoſpitio neq; ampliorē elemoſynā largiūtur illis q̄ trutannis ⁊ q̄ſtorib⁹ publicis.

¶ Secũdi paupes ſunt illi quos
rerũ inopia cogi mẽdicare ſiue pu
blice ſiue priuate vt ſunt multi pau
pes verecũdi. Et talibꝰ ſi ſint in
extrema neceſſitate ↄſtituti eſt ĩ
neceſſitate ſubueniẽdũ ab his q̃
hñt vñ. Et hoc eſt q̃ ait Ambr.
li. j. de offi. ⁊ ſimiliter recitat̃ in
decre. di. lxxxvj. paſce. Paſce in=
quit fame morientẽ. Quiſq̃s em̃
paſcẽdo hominem ſeruare poteꝛ
ſi nõ paueris: fame occidiſti. Itẽ
xiiij. q. v. inuoluẽs. dicit Augu.
q̃ panis egẽtiũ vita pauperis ẽ.
Qui defraudat illum hõ ſangui
nis eſt. Qui effundit ſanguinem
⁊ q̃ fraudẽ facit neceſſario fr̃es
ſunt. Hec ibi. Pro quo notandũ
ſecũdũ beatũ Tho. ij. ij. q. xxxij.
ar. v. q̃ ad hoc q̃ elemoſyna ca=
dat ſub p̃cepto duo ſunt neceſſa
ria. Unũ ex pte dantis elemoſy=
nam. Reliquũ ex pte illiꝰ cui dat̃
Ex parte ergo dantis requiritur
q̃ habeat ſuꝑfluũ iuxta illõ chri
ſti verbum Luce. xi.
Quod ſupereſt date elemoſynã
Et dico inq̃t idẽ doctor ſuꝑfluuꝫ
non ſolũ id quod eſt ſuperfluum:
reſpectu ꝑſone ſeu indiuidui: ſꝫ
qđ eſt ſuꝑfluũ reſpectu aliorũ q̃
rũ curã gerit: aut quoꝝ cura ſibi
incũbit ſecundũ decentia ſuī ſta=
tus. Nã oportet vt prius vnuſq̃ſ
q̃ ſibi ꝓuideat: ⁊ illis quorũ cu=
ra ſibi incumbit: ⁊ poſtmodum
de reſiduo ſubueniat neceſſitati
bus aliorũ. Et dat ſibi exẽplũ d̃ na
tura: que primo accipit ad ſuſtẽ
tationem proprij corporis ſuꝑflu
um aũt erogat ad generationeꝫ
alterius ita in propoſito. Ex par
te autem illius cui fit elemoſy=
na requiritur q̃ habeat neceſſi=
tatem talem q̃ non poſſit ſuſten
tari niſi medio elemoſyne. His ẽ
duobus concurrentibus elemo=
ſynis cadit ſub p̃cepto alias aũt
dare elemoſynam eſt opus conſi
lij ⁊ ſupererogationis
C ¶ Notandum tñ q̃ multi di=
uites nobiles ⁊ potentes etiam
p̃lati eccleſiaſtici aut notabilr̃ bñ
ficiati allegant excuſationes in
pctis ſi nõ diſtribuunt ſua paupi
bus in neceſſitate ↄſtitutis. Pri=
mo quidem dicunt q̃ nõ poſſint
oĩbus ſubuenire. Scđo vero q̃
habent magnã familiã guberna
re paſcere ⁊ reger̃. Tertio aũt q̃
neſciebat futꝰ euẽtꝰ. Et idõ volũt
ſibi ꝓuidere ꝓ futuro: ne ipi ad
extremã neceſſitatẽ deducant̃: et
mẽdicare cogant̃. Uerecũdum
ei eſt mẽdicare. Sed ꝑfecto he
rõnes ſunt valde friuole ⁊ nulliꝰ
roboris. Qđ ei dicitur nõ poſſe oĩ
bus ſubuenire. de facili illis cre
dit̃. Nõ tñ ꝑ hoc excuſant̃ quin
pluribꝰ aut paucioribus neceſſi=
tatẽ patientibꝰ ſubuenire teneãt̃
ſcđm q̃ eoꝝ facultas eſt maior
aut minor: iuxta illud Thob. iiij.
Si multũ tibi fuerit abũdanter
tribue ſi etiam parum libenter
īpartiri ſtude. Qđ aũt ſcđo dicũt
magnã familiã habere cui ꝓui=
dendũ eſt certe in hoc ↄfitentur
aperte ſuã fatuitatem. nã hac tẽ
peſtate multi nobiles atq̃ etiam
p̃lati cũ tanto apparatu et faſtu
volunt incedere q̃ in tali abuſu
ↄſumunt totã ſubſtantiam ſuam
que etiã illis nõ ſufficit: adeo q̃
in fine anni multi: ⁊ in multis
ſunt debitores. Nõ mirũ ergo ſi



exiguas faciunt elemoſynas.
Quod vero tertio addunt de fu
tura incertitudine illis r̃ndeat
beatus Tho. vbi. ſ. in ſo. ad ter
tiũ dicens q̃ ille reputat̃ hr̃e ſuꝑ
flua q̃ hꝫ aliq̃ q̃ ſcđꝫ p̃ſenteꝫ ſta
tum non ſunt ſibi neceſſaria ꝓut
ꝓbabilr̃ eſtimari põt. Nec in q̃e
opꝫ q̃ talis ↄſideret oẽs caſus q̃
pñt in futurũ cõtingere. Hoc em̃
eſſet de craſtino cogitare qđ dñs
ꝓhibet. Matt. vj. Oꝫ ẽ iudicari
aliq̃d ſuꝑfluum aut neceſſariũ ſe
cũdũ ea q̃ ꝓbabilr̃ vt in pluribꝰ
occurrũt. Hec doctor ſanctꝰ: pa=
tent ergo excuſationes p̃dictoꝝ
friuole ⁊ nullius eſſe momenti
apud omnem recte ſapientem.
D ¶ Iterũ notandũ q̃ circa ele
moſynã dandã tribus modis de
ficiunt diuites ⁊ potentes.

¶ Primo quidem dando in publi
co vt liberales videant̃ ⁊ de tali
bus loquit̃ xp̃s Matt. xxiij. dicẽs
Oĩa opa ſua faciunt vt videant̃
ab hoĩbꝰ. Qđ tñ ꝓhibet idẽ dñs
Mat. vj dicẽs Attẽdite ne iuſti
tiam vr̃am faciatis coram hoĩbꝰ
vt videamini ab eis. Alioquin
mercedẽ nõ habebitis apud pa=
trem veſtrum qui ĩ celis eſt. De
inde ibi ſpecificat de elemoſyna
que eſt actus iuſticie ita dicens:
Cum facis elemoſynam: noli
tuba canere ante ⁊ cetera. Uitio
ſum eſt ẽ diuiti dare elemoſynã
pauperi in publico vt videatur
laudabile tñ eſt hoc facere: vt ꝓ
ximus edificetur ⁊ ad ſimiliter
agendũ ꝓuocet̃. Sed q̃cquid a=
gunt hoĩes intentio iudicat oẽs
¶ Secũdo deficiunt diuites dã
do elemoſynam in pctis ꝑſeuerã
do. Sũt enim nõnulli q̃ credunt
deũ placare ſuis muneribus ĩ ra
pinis ꝑſeuerando. ⁊ tales ſunt ſi
miles illi q̃ ſalutaret regem in fa
ciem eiꝰ ſpuẽdo ſicut legitur iu=
dei feciſſe xp̃o. Bonũ em̃ eſt ele
moſynã facere: ſed nõ ꝓdeſt illi
q̃ ꝓponit in pctis ꝑſeuerare.
Cuiuſmodi ſunt multi vſurarij:
raptores ⁊ exactores q̃ multiplr̃
opprimunt paupes ⁊ cũ modicis
elemoſynis q̃s faciũt credunt ſe
liberari ab iniquitatibꝰ tot ⁊ tã
tis. Cũ tñ dicat ſcriptura eccle.
xxxiiij. Dona iniquorũ nõ ꝓbat
i. nõ approbat altiſſimus: nec re
ſpicit in oblationes iniquorũ
nec in multitudine ſacrificiorũ
ꝓpiciabit̃ pctis. Hoc tñ vltimũ
dr̃ ꝓpt̃ illos auaros ⁊ raptores
q̃ faciunt interdũ celebrari miſ=
ſas: aut q̃ fundant anniuerſaria:
⁊ ſimilia Seq̃tur. Qui offert ſacrifi
ciũ ex ſubſtãtia pauperuꝫ quaſi
qui victimat filiũ ĩ conſpectu pa
tris. Quaſi diceret q̃ tales rapto
res ex ſuas exactiones faciunt
pauperes q̃ ſunt filij dei ꝑ grãꝫ p̃=
ſertiꝫ ſi ſint patientes et iuſti mo
ri fame: ideo ſequitur. Panis egẽ
tiũ vita pauperis eſt: qui defrau
dat illũ hõ ſanguinis eſt vnꝰ edi
ficans ⁊ vnꝰ deſtruens q̃d ꝓdeſt
illis niſi labor ac ſi ſapiens aper
te diceret q̃ ille q̃ facit elemoſy=
nam perdit meritum illius ꝑ pec
cata que perpetrat pauperes ve
xando. Hinc eſt q̃ Auguſt. libro
de vita xp̃iana dicit ſic. Melius
eſt te non facere elemoſynam: q̃ſ
vnde pauca paucis facias pluri
mos denudare: ⁊ vt vnum veſti=
as plurimos veſtitos ſpoliare.
Illam ẽ elemoſynam deꝰ appro

bat que de iuſtis laboribus mi-
niſtrat ſicut ſcriptū eſt Prouer.
iij. Honora dn̄m de tua ſubſtantia
Et poſt pauca. Quid ꝓdeſt ſi te
bn̄dicat vnus vn̄ plures maledi-
cunt. Nonne deus non habet vn̄
pauperes ſuos paſcat niſi tu alie
na diripias. Hec ille. Itē idē ho-
mil. vij. Fortaſſis inquit mihi di
cet raptor rerum alienarum ele
moſynā facio. Incluſis in carce-
rem victū mitto: nudos veſtio pe
grinos ſuſcipio. Cui dederis gau
det ꝛ cui abſtuleris plorat quem
iſtorū duorū exauditurus eſt deꝰ
Dicis enī cui dederis: gratias
age qꝛ accepiſti. Sed aliꝰ ex alia
pte tibi dicit. Ego gemo cui ab-
ſtuliſti ꝛ pene totum tuliſti ꝛ exi
guum pauperi dediſti. Si totum
qđ alti abſtuliſti egētibꝰ dediſſes
nec talia opera diligit deꝰ. Dicit
deus. Stulte: iuſſi vt dares: ſed
non de alieno: ſi habes: da de tuo
qꝛ ſi non habes quod des de tuo
melius ē nulli dabis ꝙ̄ alterū ex-
poliabis. Hec ille.

¶ Tertio deficiunt diuites ele-
moſynam nimis differendo. Sūt
ei nōnulli q̄ pmittunt paupes diu
expectare ad ianuā ſuam: quibꝰ
tā̄ exiguā deſtinant elemoſynaꝫ.
Contra quos vulgo đr ligua gal
lica: Aumoſne longuement atē
due eſt demye vendue. Hoc ē di-
cere latina qꝛ elemoſyna diu ex-
pectata eſt ſemiuendita. Pro pte
rea dicit Aug. homil. xxxix. qꝛ p
fecta mīa ē vt añ occurrat eſuriē
ti cibus ꝙ̄ roget mendicꝰ. Nō ei
eſt pfecta mīa q̄ pcibus extorque
tur. Sed ſi iacet mendicus loqui
tur pauor in facie hec ille. Item
Seneca de verborum copia.
Bis eſt gratū quod opꝰ ē vltro
ſi offeras. Silr̄ idē li. ij. đ bn̄ficijs
Gratiſſima īquit ſunt bn̄ficia pa
rata facilia occurrentia: vbi nul
la mora fuerit. Econtra aūt igra
tū eſt bn̄ficiū qꝛ diu inter manus
dātis heſit. quod q̄s egre dimit-
tere viſus ē: ꝛ ſic dare tanꝙ̄ ſibi
eriperetur ꝛ poſt pauca. Nā ꝯtu
lit ille gratis: q̄ cū rogaſſet acce-
pit. Quoniā nulla res chariꝰ cō-
ſtat ꝙ̄ q̄ pcibus empta eſt. Mole
ſtū verbum eſt et onero ſum de
miſſo vultu dicere rogo. Hec ille
Hinc ſapiēs eccle. iiij. c. dicit. Non
ꝓtrahas datū anguſtiāti. Et pro
uer. iij. Nō dicas amico tuo vade
ꝛ reuertere cras: ꝛ dabo tibi: cuꝫ
ſtatim poſſis dare. Patet ḡ quo-
modo diuites tripliciter deficiūt
circa elemoſynam dandam.
¶ Tertiū pauperes ſunt illi qui
fingunt ſe eſſe tales: cum tn̄ a pte
rei ſint ſufficient ꝓuiſi aut ſaltē
ſibi ꝓuidere poſſunt manibus la
borando cū ſint corpore validi.
Tales nempe ſunt fures ꝛ latro
nes eo qꝛ comedunt elemoſynas
virorū pauperū. Inſuper ſūt fal
laces verbo et opere mendaces
dicentes ꝛ fingentes ſe eſſe pau-
peres: cū tn̄ nō ſint tales. Nā non
nulli eorum fingūt ſe grauem in
firmitatē pati: vt faciliꝰ attrahāt
corda hoīm ad ſibi benefaciendū
Alij fingunt incēdio oīa perdi
diſſe. Alij aſſerunt vinculis mira
bilibus diu apud ſaracenos ſe-
fuiſſe detentos. Alij autē deferūt
ſuper veſtes ſuas inſignia certa
rū pegrinationū quas nunꝙ̄ fe-
cerunt: nec facere intendunt.
Et hoc totū vt ſubtili igenio ex



torqueant elemoſynas xp̄ifideli
um: Tales ḡ merito deſignant p
viros Gabaonitas: đ quibꝰ legit
Joſue. ix. qꝛ venerunt ad Joſue
in habitu diſſimulato Nā ſaccos
veteres aſinis impoſuerunt. vna
cū vtribꝰ vinarijs ſciſſis atqꝫ con
ſutis. Inſuꝑ habebant calceamē
ta antiqua q̄ ad iudiciū vetuſta
tis pictatijs ꝯſuta erant. Induti
veteribꝰ veſtimentis panes quo
qꝫ quos portabant ob viaticū du
ri erāt ꝛ in fruſta comminuti.
In hūc itaqꝫ modū venerunt ad
Joſue dicentes ei qꝛ de terra lon
ginqua venie bant. Et reuera ſic
eſt hodie de multis trutannis.
practica ſi ḡ q̄rat cui dāda ſit ele
moſyna. Rn̄det qꝛ vero pauperi
maxime qui cognoſcit eſſe talis
Et hoc eſt qđ ait pſ. vbi ſupra.
Beatus qui intelligit ſuper ege
num ꝛ pauperem ꝛc.
L ¶ Scđo pncipalr̄ oñdit pſ. q̄
liter elemoſyna a malo liberat:
cum ſubiungit dicens In die ma
la liberabit eū dn̄s. ſ. hominē piū
ad pauperes. Ubi p diē malā in
telligit dies iudicii ſcđꝫ glo. iter
li. De qua Eccle. vij. Diē malaꝫ
precaue. Et đr hec dies mala ma
litia pene que ſuperueniet tunc
reprobis. Sopho. i. Dies illa di
es ire: dies tribulationis ꝛ angu
ſtie dies calamitatis ꝛ miſerie.
Medio ḡ ꝛ merito elemoſyne li
berabit dn̄s in illa die mala virū
intelligentem ſup egenum ꝛ pau
perem. Thobie. xij. Elemoſyna
a morte ſup. eterna liberat. Ecō
tra aūt de diuite auaro đr Jac.
ij. Judicium ſine mīa. ſ. liberan
te fiet illi q̄ non fecit mīam ſup.
pauperi. Nam talis in die iudi-
cij non dabit deo placationeꝫ ſu-
am. i. non poterit deo aliqđ tunc
offerre per quod poſſit iram eiꝰ
ꝯ ſe mirabilr̄ motam placere: et
pcium redemptionis aīe ſue id
eſt tunc nullū pcium dare pote-
rit p quod redimatur aīa ſua ab
obligatione dānationis eterne.
Quinimo laborabit ineternum
ſup. in cruciatibus inferni ꝛ vi-
uet adhuc in finem. i. ſine fine.
Da exemplū de Salmandra de
qua fertur qꝛ viuit ī igne Ecce fi
nis ad quem tandem puenit oīs
auarus. Et ideo valde ſalubre ē
vt hō habens diuitias illas pie
diſtribuat. Qđ vbi fecerit: in die
mala liberabit eū dn̄s ſcꝫ in die
mortis aut iudicij generalis. Un̄
pſ. Jocucundus hō q̄ miſeretur
i. qui iocunde hilariter ꝛ ex cor
de ſubuenit pauperi: qꝛ vt habet
i. Cor. ix. Hilarem datorem dili
git deus. Et commendat ſupple
temporalia ꝛ tranſitoria: vt reci
piat ſpiritua lia ꝛ eterna. Talis
nēpe diſponit ſermōes ſuos ī iu
dicio. i. facto ſe preparat ad rn̄dē
dū xp̄o cum ceteris electis. Naꝫ
vt legitur Mat. xv. Chriſtus in
iudicio dicet his q̄ a dextris eiꝰ
erūt. Eſuriui: ꝛ dediſtis mihi mā
ducare. Sitiui: ꝛ dediſtis mihi
bibere: ꝛ ſic de alijs. Cui pre
admiratione dicent electi. Do-
mine quando te vidimus eſuriē
tem ꝛ dedimus tibi manduca-
re. Aut ſitientem. ꝛ dedimus ti-
bi bibere ꝛc. Ecce quomodo homo
qui miſeretur et commodat: di-
ſponit ſermo. ſ. in iudici. Cui cuꝫ
ceteris electis reſpōdebit Chriſ

ſtus dicens illud quod ſequitur
Quod vni ex minimiſ meis feci
ſtis. ꝛc. Talis ergo ineternū nō
cōmouebit. i. a deo nō ſeparabit: cum
illis immiſericordibus quibꝰ di
cet. Ite maledicti. ꝛc. Quinim=
mo illi adherebit iſeparabilr̄ cū
illis qbꝰ dicz. Venite bn̄dicti ꝛc.
Inſuꝑ talis ab auditōe mala nō
timebit. ſ. ab illo v̄bo xp̄i audien
do. Ite maledicti ꝛc. Sz cōpleto
terribili ꝛ horrēdo iudicio qbꝰ
plus ad pauperes qſi gr̄as agēs
q̄ euaſerit in pñti tētat ones de=
monū: ꝛ tandē illā diſtrictā ſnīaz
Ite ꝛc. Dicet de iudice xp̄o. Ipe
liberauit me de laqueo venātiū
Ecce p̄mū. Et a verbo aſpero
ecce ſcdm̄. Nā in iudicio extre=
mo loquet̄ xp̄s ad reprobos i ira
ſua iproperando eis q̄ nō ad im
pleuerīt opa pietatis. dicēs illis
Eſuriui et nō dediſtis mihi man
ducare ꝛc. Tandez in furore ſuo
cōturbabit eos cum dicet eis. Ite
maledicti in ignē. ꝛc. Pz ḡ ex di
ctis quō dn̄s i die mala liberabit
hoīem piuṁ ꝛ miſericordem ad
pauperes.

F ¶ Tertio principalr̄ pz̄. in p̄
dicto paſſu multiplices fructus
ꝛ vtilitates ipſius elemoſyne inſi
nuat cū ſubdit. dn̄s cōſeruet eū. ſ.
virtū miſericordē ꝛ viuificet euz
ꝛc. In quibus verbis notat̄ mul
tiplex fructus ipſius elemoſyne
¶ Primꝰ ē ſpālis cōſeruatio et
protectio in ſtatu gr̄e ſi priꝰ i il
lo extiterit ille q̄ elemoſynā fac it
Vn̄ dicit p̄s. Dn̄s cōſeruet eū. ſ. in
gr̄a. Eccl'i. iij. Elemoſyna reſiſtit
pctīs ꝛ deꝰ ꝓtector eſt eiꝰ q̄ red=
dit gr̄az. i. q̄ facit paupi elemoſy
nā. Nam multi iuſti laberentur
in diuerſa ꝛ grauia pctā ſi nō ob
meritum ſuarū elemoſynarū ꝓ=
tegeret eos dn̄s. Ex quo patet q̄
ipſa elemoſyna eſt vtilior multo
dāti q̄ꝫ recipienti. Recipiētē eniz
vtcūq̄ꝫ cōſeruat: vita i natura: ꝓ
quāto eū ad tp̄s ſuſtētat: ſed dā
tem cōſeruat in vita gr̄e etiā q̄n
q̄ꝫ vſq̄ꝫ in finem vite.

¶ Poſſumus etiā hāc cōſeruatio
nē referre ad ꝓſperitatē tēpora
lez in qua plerunq̄ꝫ cōſeruat dn̄s
hoīes pios ꝛ largos ad pauperes:
qr vt habet̄ ꝓuerbi. xxviij. Qui
dat pauperi non indigebit. Naz
cōmuniter dn̄s multiplicat eius
bona tēporalia adeo copioſe: vt
habeat ſufficienter ꝓ ſe: ꝛ vt tri
buat neceſſitatem patienti.

G ¶ Iſtud cōfirmatur auctorita
te rōne figura ſimilitudine: exē=
plo. Primo qdez auctoritate Sa
lomonis ꝓuer. xj. dicentis. Alij
diuidunt ꝓpria. ꝛ ditiores fiunt
Vn̄ Aug. homil. xxxix. loquens
homini pio ad pauperes dicit
ſic. Veniet tibi pluuia anteq̄ꝫ ro
ges. Deſcendet vbertas de no=
cte dum iacebis in lecto: ꝛ fructꝰ
te neſciente effundentur. Secū
do rōne: ſic. Deꝰ eſt pronior ad
miſerandū ꝛ potentior ad retri
buendum q̄ꝫ homines. Sz ſic eſt
q̄ homines liberales libenter re
tribuunt etiam i duplo aut vltra
ſi qd illis gratis ab aliquo pau=
pere tributum fuerit. Igitur a
fortiori hoc faciet deus in caſu ſi
mili. Tertio probatur idem in=
tentum per figuram de mulie=
re vidua: de qua legitur. iij. Re=
gum. xvij. q̄ poſtq̄ꝫ pauit helyas



oleū eiꝰ nō defecit: nec ſimiliter
farina ſua. quouſq̄ꝫ miſit dn̄s abū
dantiam bonoꝝ ſup terrā. Quar
to ꝓbatur idem p ſimilitudinez
quā. ponit Ambro. ſer. lxxxij. de=
frumēto quod ſeminat̄ in terra:
ꝛ q̄ reſurgit cū mltiplici fructu
Ita etiā inquit dum elemoſyna
indigenti tribuitur: cum multo
fenore in poſterum reſtituetur.
Quinto idē probatur multipli=
ci exemplo.

H ¶ Primum igitur exemplum
eſt illud qđ refert Petrꝰ Damia
nus in quodam ſer. de quodā ſā
cto ep̄o. qui cum valde ſitiret. p̄
cepit pincerne ſuo: vt vinum il=
li afferret. Quod cū feciſſet: mox
affuit pauper: qui cum omni in=
ſtantia petijt poculum ſibi dari.
Cū ergo ep̄s totum ſibi dediſſet
p̄cepit pincerne vt rediret ꝛ vi=
num ſibi afferret. Cūq̄ꝫ ille reſpō
deret nihil omnino in vaſe reli=
quiſſe nec in illo loco aliud vinū
reperiri poſſe. tandez victus im
perio ep̄i redijt ad vas. Et ecce
mox ipm̄ reperit plenum vino.

I ¶ Secundum exemplū ē il=
lud quod refert idem Petrus i
eodē ſer. de quodā abbate val=
de cupiēte guſtare ſeu edere de
p̄da ſeu lāpreda. Cum ergo fa=
mulꝰ eiꝰ p̄dam paruam cōparaſ
ſet multo precio: vcz. xx. ſo. Pari
ſienſiū. eā parari iuſſit. Qua ad
eſū totalr̄ para ecce affuit paup
ad ianuā petēs illud ſibi dari q̄đ
paratum erat domino abbati.
Cunq̄ꝫ hoc denunciatū illi fuiſſz
iuſſit totum piſcem ſibi dari.
Quo facto pauper cum piſce in
ſublime ſe extulit. ꝛ celum cun=
ctis videntibus intrauit. Per q̄
liquide patet inquit ipe Petrus
Damianus: qr quod indigentibꝰ
datur: deo tranſmittitur: ꝛ quod
in ſinum pauperum occultamꝰ:
in celo reponimus.

K ¶ Tertium exemplum eſt il
lud quod refert idez Petrꝰ vbi
ſupra vcz de quodā alio paupe q̄
cuz nō haberet niſi vnū nummū
in loculo quem ad emēdū aliqd
quod cū pane comederet expen
deret geſtiebat. Interim autem
venit paup miam poſtulās Cui
alter mia motus nummū porre
xit. Quo facto ad mēſā reſedit
ſolū panem manducans. Et ecce
vir quidā ignotus feſtinus liga=
tos litheo in manu ſua. xx. dena
rioꝝ ſolidos poſuit dicēs ſibi a
dn̄o ſuo miſſos.
Cūq̄ꝫ ille inquirere vellet qs eēt
dn̄s eiꝰ mox diſpuit. Hec ibi. Ex
p̄dictis itaq̄ꝫ exemplis liq̄de ap
paret q̄ dn̄s cōiter conſeruat in
ꝓſperitate tpali viros miſericor
des. Et ſic patet de primo fructu
elemoſyne.

L ¶ Scđs fructus elemoſyne di
cit̄ pctōꝝ iuſtificatio. Hic autez
fructus tangit̄ cū ſubdit̄. Et vi=
uificet eum ſcz deus hominē mi
ſericordem. Viuificet inquāz eū
per gratiam contra mortē cul=
pe. Et hoc eſt quod dr̄ Tho. iiij.
Elemoſyna ab omni peccato ꝛ a
morte liberat. A morte inq̄ꝫ cul
pe ꝛ gehenne. Ex quo ergo libe
rat a morte culpe: conſequens
eſt dicere q̄ viuificat hominem
peccatorem. Hoc autem fit duo
bus modis. Primo quidem
per hoc quod ille qui dat ele=

moſynam pia intentione diſpo-
nit ſe ad gratiam iuxta illud xpi ver
bum Luc. xi. Date elemoſynam
et ecce oia munda ſunt vobis. ſ.
diſpoſitiue. Scdo vero per hoc qz
ille qui dat elemoſynā multis: pro
uocat eos ad orandum pro eo dif
ficille eſt aūt vt in magna multi
tudine non ſint aliqui iuſti et bo
ni quorum preces libenter exaudit
dñs etiā que faciunt pro bñfacto
ribus ſuis: niſi forſan illi ponant
obicem peccando. Unde Chry.
homil. xxxii. in Epiſtola ad he-
breos dicit ſic elemoſyna amica
dei ɔſiſtit: et ſemper ei ppinqua ē.
Pro quibuſcunqz voluerit facile
grē munus impetrat Nota quō
elemoſyne Cornelij adhuc infi-
delis meruerūt d ɔgruo apud dñs
vt illuminaretur et a Petro in fi-
de inſtrueretur: et tandē baptiza
retur. Actuum. x.

M ¶ Tertius fructus elemo-
ſyne dr bone fame acqſitio. Qui
eñ ſunt ad pauperes: ſolent ab
alijs laudari magnificari: et cōmē
dari. Et iſte fructus tangit ubi.
ſ. cum ſubditur. Et beatum eū
faciet in terra hoc eſt dictu qz do
minus faciet hoiez elemoſynariū
felicem et famoſum in preſenti
vita. Uñ Boeti de ɔſol. li. ij. pro
ſa. v. dicit. qz auaritia ſp odioſos
largitas claros facit. i. famoſos.
Et ideo poſtqz pſ. pmiſit d hoie
miſericordie dicens. Jocundus
hō q miſeretur et commodat cō
ſequenter ſubintulit dicēs de eo
dem. Jn memoria eterna erit
iuſtus. Item de homine pio dici
tur Eccleſia. xxxi. qz Elemoſy-
nas illius enarrabit omnis ec-
cleſia ſanctorum ſuorū. Hoc au-
tem ſit cum eo mortuo ſolent vi
uentes etiaz poſt multos annos
referre bñ geſta per euz: ſicut vſqz
in hodiernā diē ſolēt referre mo
naſteria diuerſorum ordinū. Itē
hoſpitalia et cetera pia loca quō
daz edificata et ɔſtructa per bea
tum Ludouicū francorum regē
et ſic de multis alijs pricipibus.
Ecce quomodo etiā parit bonaz
famam. Econtrario autē tenaci
tas et auaritia parit malaz famaz
ſicut ſequens exemplū declarat

N ¶ Legit eñ in vitis patrum
de quodam viro valde diuite: ſz
ad pauperes imiſericordez qz
omnes pauperes qui eum noue
rant non poterant de eo bene lo
qui. Unde ſemel accidit qz cum
multi pauperes ad ſolē ſedētes
referrent illorum q eis libenter da
bant ipſos laudantes et pro eis
orantes: tandā factus eſt ſermo
de predicto diuite qui Petrus di-
cebatur de quo ſinguli dixerunt
ſe nunqz ab eo elemoſynam acce
piſſe. Dixit ergo vnus ex eis.
Quid dabitis mihi ſi hodie ac-
cepero ab eo elemoſynam. Illis
ergo cum eo pactum facientibus
tandez ille alij videntibus venit
intra curiam dicti diuitis valde
importune petens elemoſynam
Quem cuz ille diues dure ac du
rius repuliſſet: nec propterea re
ceſſiſſet: quinimo magis ac ma-
gis pro elemoſyna inſtaret. tan-
dem dictus Petrus non inueni-
ens in promptu baculum aut la
pidem furore plenus arripuit
vnum panem calidum de furno:
et ipſum piecit ad caput paupe-



ris quē ille leto animo accipiens
detulit ad ſocios ſuos dicēs. Ego
lucratus ſū. Ecce quō tenacitas
parit malam famam.

O ¶ Quartus fructus elemoſy
ne dr a malignis ſpiritibus pſer
uatio et iſte fructus tangitur cuz
ſubdit. Et nō tradat eū id ē t a
di non permittat. ſ. deū hominez
pium ad pauperes in animā. i. in
poteſtatē aut voluntatē inimicorū
eius. i. demonū q ſūt inimici aduer
ſarij oīs hois bene agere volentis
Pro quo notādum qz dñs pregit
tuetur: et defendit hominem ad
pauperes miſericordē ɔtra inimi-
cos ſuos demones in triplici ſta
tu. ſ. in vita i morte poſt mortem
Primo quidē. in vita nam ſicut
canes et malas beſtias repellim
et lōge a nobis facimus pijciendo lapides ɔtra eos ſic etiā por-
rigēdo elemoſynā pauperi repel
limus demones a nobis. Secūdo
in morte vñ dr Amb. de officijs.
Nō inquit memini me legiſſe au
diſſe vel vidiſſe mala morte mor-
tuū q opa mie libēter exercuit. Et
de hoc refert notabilem hiſtoriā
beatus Grego. in ſuo dialo. lib. iiij.
de quodaz languido qui omnia
que habere poterat diſtribuebat
alijs pauperibus cum tamē ipſe
pauper eſſet et in ɔuiuim hoſpita
li cū alijs egrotaret. Hic gⁱ in fine
dierū dulciſſimos cantus ange-
lorum audiuit et cum tali ſympho
nia de corpore ſpūs eius felicitē
exiuit. Legit etiā beata Martha
Chriſti hoſpita qz ipſe xpus vēit
ad obitum eius. Tertio poſt mor-
tem. Uñ in vitis patrum legitur
qz beatus Jo. elemoſynarius pa-
triarcha Alexandrinus de ſeipſo
loquēs dicit qz cū eſſet annorum
xv. vidit in ſomnis quandaz pu-
ellā cuius ipēs ſupra ſolē ſplen-
debat ornatū ſupra oēm hūanū
ſenſuz cū corona de ramis oliua-
rū ſupra caput ſuū q ſtetit āte le
ctū ſuuz ſup quo expergefactus
interrogauit que nā eēt et quō cu
bile ſuū igredi auſa fuiſſz. Cui illa
Ego ſū prima filiarum regis eterni
Si me poſſides amicā ego ducā
te āte ɔſpectū imperatoris. Nēo
ei hz apud eū talē poteſtatē qlē ego
habeo. Quo dicto diſparuit Ille
aūt excitatus et in ſe reuerſus intel
lexit viſionē et qz puella illa pul-
cherrima q ei appuerat eēt dña
elemoſyna. Ecce quō elemoſyna
defēdit hominē ne tandē tradat
in manus inimicorū ſuorum demo
nuz ſed facit eum aſcēdere in ce-
lum. Propter quod dicit ſaluator
Luce. xvi. Facite vos ſup. diui-
tes huius ſeculi vobis amicos d
māmona iniqtatis vt cum defece
ritis recipiant vos. Itē qz elemo-
ſyna protegat hominē poſt mor-
tē cōtra demones ſequens inſinu
at hiſtoria. Legitur eñ in chroni
cis regū Frācie qz rex Dagober
tus fecit cōſtrui tres inſignes ec
cleſias: videlz ſancti Dionyſij in
Frācia beati Martini Turonis
et beati Mauricij Andegauis.
Cumqz demones vellent rapere
animaz eius de corpore pro morte
euntem: affuerunt predicti tres
religioſi ſancti qui cum lapidi-
bus eiecerunt omnē illorū demo
num multitudinem. Bene ergo
dicit Thom. xii. qz elemoſyna a
morte liberat: purgat peccata:

et vitã eternam inuenire facit.

P ¶ Quint⁹ fructus elemoſyne dr̄ corporalis ſanatio. Iſte aūt fruct⁹ tāgit̄ cū ſubdit̄ vbi. s. Dñs opē ferat illi. s. viro miſericordia ſuplectū doloris ei⁹. Multi eñ de graui egritudine cōualuerūt me dio elemoſynaꝝ quas hincinde pie diſtribui fecerūt. Non ḡ ele moſyna ſolū liberat a morte ſpūa li aut̄ eternali verū etiā interdū a corporali. Nō tamē ſemper qꝛ hoc nō expedit ſaluti anime. Al's eñ viri miſericordes nūq̄ mori rentur t per ꝯñs celo priuarent̄. Ex quo ergo elemoſyna ē tā fru ctuoſa ⁊ vtilis homini eam faciē ti valde fatui ſunt diuites hui⁹ ſeculi qui elemoſynas facere re cuſant quouſq; mors inuaſerit eos. Horum itaq; fatuitas decla ratur per ſequens exemplum.

Q ¶ Legitur in ſumma p̄dican tiū. titu. de elemoſyna q̄ fuit qui dam dñs. fatuū in domo ſua pro ſolatio ſuo cui dedit baculum qui claua dicitur gall. maſſue: dans ſibi licentiam q̄ daret dictum ba culum ſtultiori quem inueniret. Poſt hec accidit q̄ ille dominus ad mortem infirmatus ⁊ qui q̄ diu vixerat nichil pro anima ſua dare voluerat omnia bona ſua poſuit in voluntate executorum ſuorū ⁊ amicorū. Famuli igitur intrantes ⁊ exeuntes loqueban tur inter ſe dicentes q̄ dominus eorum eſſet in breui deceſſurus. Stultus ergo hec audiens cur rit vt videret ſi domin⁹ ſu⁹ diſpo neret ſe ad recedendū ⁊ ſimilitē ſi equi ſolito parant̄. vel victua lia in curribus premitterentur ⁊ ſimilia. Nichil ergo tale videns venit ad dñm ſuū ⁊ cepit eū inter rogare di. Dñe recedis tu. Ita inquit. At ille. Et qñ redibis. Cui dñs. Neſcio. Iterū fatuus ſi poſt menſem. Non inquit. Si poſt duos menſes aut annum. Finali ter dñs r̄ndit q̄ nūq̄. Tūc ait fa tuus. Tibi ergo tāq̄ ſtultiori q̄ vnquā inueni baculū meū trado qꝛ non eſt aliquis dominus q̄ de beat modico tpe eſſe extra q̄ ali qd nō p̄mittat p̄ prandio ſuo. Et hoc etiam tu ipe obſeruare ſole bas. Ego eterniturus cogito vbi recipi ⁊ comedere potero vel aliqd nec ū accipio. Tibi ergo tā q̄ oīb⁹ hoīb⁹ ſtultiori clauā meā trado qꝛ hoc etiā michi iuſſiſti. Ad hec igit̄ verba tactus intrin ſecus diues mlt̄a paupib⁹ diſtri buit p̄ aīe ſue ſalute. Audiant ḡ diuites xp̄m in euangelio illis di cētē Theſaurizate vobis theſau ros in celo Ma. vj. Nā ſi ſic fece rint tādē inuenient bonū pran dium illis paratum in celis

¶ Capitulum. iij. de ſatiſfactione per ieiunium.

Confiteor tibi do mine pater celi et terre. Matth. xj. ¶ Poſtq̄ī p̄cedē ti capitulo habitū eſt de ſatiſfactiōe que fit p̄ elemoſynā hic ꝯñr tra ctandū ē de illa q̄ fit p̄ ieiunium Pro quo notandū q̄ hmōi ſatiſfa ctio p̄ ieiuniū ad q̄ttuor valet q̄ tangūt̄ i perfectione de ieiunio cum oratur deus in hunc modū



Domine ſācte pater omnipotēs etne deus q̄ corpali ieiunio.
Uitia comprimis
Mentem eleuas
Uirtutem largiris
Et premia.

A ¶ Primo igit̄ corpale ieiunium vitia cōprimit. Et iſtd̄ p̄cipue hꝫ verū de vitijs carnalib⁹ ꝯ̄ q̄ ſpe cialr̄ ordinatur ieiunium q̄ ergo ieiunium corpale vitia carnalia ꝯp̄mat poſſum⁹ p̄bare his modis vꝫ.
Auctoritate
Ratione
Figura
Similitudine
Exemplo.

B ¶ Primo qdē auctoritate ps. dicētis. Humiliabo i ieiunio ani mam meā. i. mortificabā in ieiu nio ſenſualitatem meam a cōcu piſcentijs malis. Itē apo. ij. Cor. vj. dicit ſic. In ieiunijs i caſtitate exhibeam⁹ noſmetipſos ſicut dei miniſtros Ubi nota q̄ p̄mittit ie iuniū caſtitati eo q̄ per ieiuniū caſtitas ꝯſeruatur. Nam vt di cit Hiero. j. parte. epiſtolarū ſua rum. epiſtola. vj. ca. xxxvij. Sine cerere ⁊ bacho friget venus. i. per abſtinentiam ſibi ⁊ potus fri get luxuria. Et hoc idem dicit. Terentius.

¶ Secundo idem probatur tali ratione. Uitia carnalia plerunq; ortū habēt ab ingluuie ⁊ gula ſi cut patet de adam qui quandiu abſtinens fuit: virgo permanſit nec tunc ſtimulos carnis ſue ſēſit Poſtq̄ vero de fructu vetito co medit: ſtatim expertus eſt car nis rebellionem vt dicit Auguſ. ad fratres i eremo. ſermo. xxxiij. Modo ſic eſt q̄ ieiuniū moderat̄ ⁊ reprimit ingluuiem. Cōſeq̄ns eſt ergo dicere q̄ cōprimit ⁊ re ſtringit carnalia vitia.

¶ Tertio p̄bat̄ idē intentū p̄ fi gurā. Legit̄ eñ Ge. xxj. q̄ Iſmael filius Agar affligebat Iſaac fili uꝫ Sare x̄e ſpōſe Abrahe. Quā iniuriā ipa ſarra moleſte ferēs ac cepta poteſtate ab Abraham vi ro ſuo afflixit matrem et filium pane et aqua. ſ. Agar ⁊ Iſmaelē repellens vtrunq; a ſe Demum agar afflicta ex penuria cibi ⁊ po t⁹ redijt tota humilis ⁊ obediēs ad dominam ſuam. Ubi ad pro poſitum per Saram intelligit̄ anima deuota. Agar vero carnē deſignat humanā cuius filius eſt carnalis motus. Hec igit̄. Agar vna cum filio ſuo inſurgit i dñam ſuā quotiens caro cocupiſcit ad uer ſus ſpiritum. Summum igi tur remedium ad humiliandum matrem cum filio ne vlteri⁹ no tabiliter inſurgat contra domi nam ſuam eſt affligere eam per parcitatem cibi et potus hoc eſt per ieiunium et abſtinentiam. Quod vbi factū fuerit tunc caro contra ſpiritum inſurgere nō au debit. Ecce ergo quomodo ieiu nium vitia carnalia ꝯprimit.

¶ Quarto idem probatur per ſimilitudinem de indomito equo Solet enim equus abundanter paſtus rebellis effici domino ſuo ita vt quandoq; eum precipitet in terram. Quod attendens do minus eius ipm domat per ſub tractionem pabuli. Ita in pro

poſito corpus humanuꝫ bene paſtum ꝛ dlicate nutritum ſolet inſurgere ꝯtra ſpirituꝫ. Et ideo neceſſe eſt ipſum domare per ieiuniū ꝛ abſtinentiā. Ecce quō ieiuniū vitia ꝯprimit.

C ¶Quinto probatur idē intentum tali exemplo. Refert eñ bea. Aug. ſcribēs ad beatū Cyrillū hiero. epiſcopū epl'a. ccv. de obitu bti hiero. ꝙ ipē hie. vt vitia carnis in ſe cōprimeret crebra ieiunia faciebat. Nā quinqȝginta annis nō niſi ſemel i die fructib⁹ aut herbarū folijs: ſiue radicib⁹ paſceb at. Vinū aut cicerā nullo mō guſtabat. Inſuper ab omni eſu carniū aut piſciū ita ſe abſtinebat ꝙ vix ea nominare volebat. Coctū quid nō niſi i vltima egritudine bis comedit. Cilicino ſacco carnē veluti ethiopꝫ macerās deſuper pāno viliſſimo ſe tegebat. Stratū aliū non niſi terraꝫ nūqȝ ſciuit. Sed cur hec omnia Profecto nō niſi vt carnē ſpiritui ſubijceret atqȝ vitia illius ſtatim paritur hūana fragilitas cū dī ad iutorio comprimeret. Et ſic patet de primo.

D ¶Scdo corpale ieiuniū mētē eleuat ſup. ad ſuperna ꝛ celeſtia. Nā hō ieiun⁹ ē magis liber a fumoſitatibus cerebri ꝛ p ꝯñs magis diſpoſitus ad cōtēplandū celeſtia ꝙ̄ ille qui eſt repletus cibis ꝛ potibus. Vñ in ſignum huius legit̄ de danielle ꝙ poſt ieiunium trium hebdomadarum accepit eleuationem mentis a deo ad diuina contēplanda Danielis x. Legit̄ etiā Exo. xxxiij. ꝙ moyſes fuit cum dño in monte. xl. diebus: ꝛ. xl. noctibus non manducans neqȝ bibens. Ex qua hiſtoria pꝫ ꝙ ieiuniū ē optima diſpoſitio ad capiendas reuelationes diuinas. Et hoc ē qd ait. Iſido. d ſummo bono lib. ij. ca. xliij. di. ꝙ p ieiuniū occulta myſteriorū celeſtiū reuela ntur ꝛ archana diuini ſacri pādunt̄. Et ibi dat exemplū de Daniele de quo iā dictum ē.

E ¶Sed iſtant multi dicētes ꝙ minimū bonuꝫ qd pōt ab hoīe fieri inter opera ſatiſfactoria eſt ieiuniū ꝛ ꝯmeli⁹ ē dare vnū denariū ꝙ̄ ieiunar̄ p diē itegrū. Rñſio eſto ita ꝙ melius ſit elemoſynaꝫ facere aut orare ꝙ̄ ieiunare non tñ ſemp poſitū ē in arbitrio hoīs eligere qd illorū voluerit ꝛ maxime vbi ieiuniū eſt de precepto eccl'ie ſiue i penitentie ſacramento a ſacerdote impoſitū aut ſub voto cōtentū. Bonū eñ eſt illa duo facere ſꝫ nō oportꝫ ꝓpterea iſtud omittere ꝛ preſertim i tribus caſibus p̄dictis. Alij aūt fortius inſtant dicentes ꝙ per ieiuniū corpus nimiū debilitatur. hec excuſatio locū poteſt habere in agricolis operarijs ꝛ ſimilibus qui in ſudore corporis ſui cōparāt ſibi vite neceſſaria. Nō aūt habꝫ locum in clericis aut religioſis niſi forſan debilitatio eſſet nimia. Unde hieronymus prima parte epiſtolarum ſuarum epiſtola. vj. ca. xxxviij. Quid inq̄t neceſſe eſt viro ſapienti et philoſopho Chriſti tantā habere fortitudinem: q̄ athletis et militib⁹ eſt neceſſaria quam cum habuerit ad vitia prouocetur. hec ille. Studeant



ergo Chriſtiani ꝛ precipue clerici ꝛ religioſi debituꝫ deo offerre ieiuniū vt ſic facili⁹ poſſint contemplari celeſtia. Et ſic patet de ſecundo.

F ¶Tertio corporale ieiunium virtutē largit̄. Sꝫ quā ꝟtutē largit̄. Profecto multiplicē.

¶Primo quidē virtutē caſtitatꝫ Per ieiuniū ei ſubtrahunt̄ cibi ꝛ pot⁹ ab hūano corpe ſaltē atāto q̄ duo ſūt fomēta libidinis. Propt̄ea dī Au. ad fratres i eremo. ſer. xxv. q̄ intitulat̄ de ieiunio ꝙ Eua q̄diu abſtinuit virgo fuit ꝛ in paradiſo ꝑmanſit. Sed duꝫ ieiuniū violauit in miſeriam corruptibidinis corruptionē ꝑueñit ꝛ de paradiſo expulſa fuit. hec ille.

¶Scdo ieiuniuꝫ largit̄ virtutē ſuperationis. Nā per ieiuniū ſuperamus diabolū ꝛ oīa tētamenta illius ita vt dicat Aug. ad fratres in eremo ſerm. vigeſimotertio ꝙ per ieiuniū proſternuntur vitia humiliatur caro ꝛ diabolice deuincunt̄ virtutes. Et ad hoc ꝓpoſitum facit ſīlitudo de ſerpēte quā pōit Amb. in examerō. li. vj. c. iiij. dicens ꝙ ſi ſerpens guſtauerit ſputum hominis ieiuni: moritur. Deinde ſubdit. Uides quanta ſit vis ieiunij: vt ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem interficiat ꝛ merito ſpiritualem hec ille. Unde in figura huius legitur. j. Regum. vij. ꝙ filij iſrael ieiunauerunt: et poſtmodum in ꝓlio cōtra philiſteos preualuerunt qui prius ab eis victi fuerant. Applicatio eſt facilis.

¶Tertio ieiuniū largitur ꝟtute iuſtificationis. Unde Augu. vbi ſupra. O ſacrū ieiuniū tu virtutes incitas vt reſurgantur cū illuminas ꝛ ſanas vt viuat. O ieiunium tu ſuaue es bonis tu odibile es malis tu dlectabile es ſanctis tu deteſtabile es prauis ꝙ autē ieiuniū habeat virtutē iuſtificatiuā pꝫ p Niniuitas qui cum prius eſſent tā ſcelēroſi vt dñs cōminaretur illis ſubuerſionē ciuitatis ſue in breui fiendā poſtmodū triduo ieiunio ſe affixerūt et dñs miſertus eſt eis. ſ. corporal'r ꝛ ſpūal'r. Jone. iij. Itē legit̄ iij. Reg. xxi. d ſu ꝑbiſſio r̄ge Achab ꝙ cū poſt mortē Naboth audiſſet ꝯminationē ſibi factā per helyam ex parte dñi operuit cilicio carnē ſuā ꝛ ieiunauit ꝛ dormiuit in ſacco ꝛ ambulauit demiſſo capite. Propter qd deus tēperauit ſententiam et penā ſibi cōminatā Patet ergo quō ieiuniū largit̄ treplicē virtutē.

¶Uel dic ꝙ deus corporali ieiunio debite facto largit̄ virtutē. i. virtutis augmentū. Eſt ei cōe ꝓuer. Qd ꝑdit̄ in vno recuperat̄ i alio qr ꝗ p ieiuniū macerat̄ ꝛ debilitat̄ caro tō inde impinguatur aīa grā ꝟtute ꝛ merito ita vt de ieiunio poſſit dici illud pſ. hunc ſcꝫ corporalem ſenſum humiliat ꝛ hunc ſcꝫ ſpiritū exaltat Ualde ergo fatui ſunt qui timēt ieiunare ne caro debilitetur non attendentes ꝙ per hoc ſpiritus in virtute et merito corroboretur: fortificetur ꝛ exaltetur.

¶Quarto corporale ieiuniū debite factum largitur p̄mia vnū quidem in preſenti ſcꝫ corporalem ſoſpitatem aliō vero in fu=

euro: vez celeſtem gloriam.
S ¶ Primo igit ieiuniū largitur
p̄mū vnū i p̄nti qḋ ē corporalꝭ
ſoſpitas. Propt̄ ꝙ dicit Greg. in
quadā collecta q̄dragesimali qḋ
ieiunium corporibꝰ aīabuſq̄ cu
randis ſalubriter inſtitutū eſt co
ſcꝫ ꝙ p̱ defectum noui cibi calor
naturalis agit in corruptos hu=
mores q̄s in digerit et cōſumit.
Ex quo patet ꝙ abſtinentia mr̄ ē
ſanitatis egritudinꝭ vero mater
eſt voluptas qꝛ ſicut dicit Chryſ.
ꝛ recitat̄ i decre. de cōſe. di. v. ni=
hil. Fames me curat morbos q̄s
gula infert. Propterea Hiero. i.
p̄te. epl'aꝝ ſuaꝝ epl'a. vi. c. xxxvii.
ꝛ ſimiliter recitatur vbi ſupra. c.
ne tales allegans ſniam hypocra
tis ſummi medici in aphoriſmis
dicit craſſa ꝛ obeſa corpora que
creſcendi mēſurā īpleuerunt niſi
cito ſāguinis ablatiōe minuant̄
in paralyſim ꝛ peſſima morborū
gn̄a erumpere. Et poſt pauca vn̄
Gallienꝰ vir doctiſſimꝰ īterpres
hypocratis. Athletas q̄ꝝ vita et
ars ſagina ē dt in exortatiōe me
dicie nec viuere poſſe diu nec ſa
nos eſſe aīaſq̄ ita nimio ſangui
ne ꝛ adipibus quaſi luto inuo=
lutas: nichil tenue: nichil celeſte
ſed ſemper de carnibus et victu
ꝛ ventris ingluuie cogitare. Hec
ille. Itē idē vbi ſupra. c. xxxviii.
dt ſic. Legimus quoſdam morbo
articulari ꝛ podagre humoribꝰ
laborantes proſcriptione bonoꝝ
ad ſimplicem mēſam ꝛ pauperes
cibos redactos ꝯualuiſſe Et bre
uiter. vt dicit Chryſo. ſuper Jo=
han. homil. xxi. Uilis et tenuis
atq̄ ſimplex menſa bone vali=
tudinis mater eſt. Ecce q̄ȝmō
ieiuniū ꝛ diſcreta abſtinentia lar
gitur premium in p̄nti quod eſt
corporalis ſoſpitas.
D ¶ Scd̄o ieiuniū largit̄ aliḋ p̄
mīū i futo q̄ ē celeſtꝭ gl'ia Inuent꞉
rei ſignū Moyſes poſt ieiuniū
cū deo facie ad faciē locutꝰ ē q̄ an
te ieiuniū deū nec videre nec ad
eū accedere auſus fuerat vt dt
aug. ad fratres i eremo ſer. xxv.
dicit etiā Amb. lib. de helia et ie
iunio. c. iiii. ꝙ gula regnātē de pa
diſo expulſit abſtinentia aūt errā
tē ad p̄adiſū reuocauit. Q̄nq̄ eīn
ꝯtingit ꝙ hereditatē q̄ꝫ pr̄ vēdi
dit guloſe ꝟ inēdo filiꝰ pce viuen
do redimat ꝛ retrahat ſeu recu=
peret. Sic in ꝓpoſito pr̄ nr̄ Adā
p̱ guloſitatē ſuā p̄didit paradiſū
terreſtrē parit̄ ꝛ celeſtē Sꝫ ſi vo
lumus noſq̄ ſumꝰ eiꝰ filii abſti=
nenter viuere ꝛ mandata patris
celeſtis perficere indubie recupe
rabimus dictā celeſtē hereditatē
Et huiꝰ cōſideratio dꝫ ſummope
re nos ad carnis macerationem
excitare et allicere. Et breuiter
vt dt Amb. vbi. ꝟ. ca. iii. Jeiuniū
ē refectio anime cibꝰ mētis vita
angelorum. Jeiuniū ē mors cul
pe excidiū dlictoꝝ ſalutis reme
diū radix gratie fūdamētū caſti
tatis hoc eni gradu citiꝰ ad deū
p̱uenit̄. Qḋ nobis concedat ꝛc.
¶ Capitulum quartū de ſatiſfa=
ctione p̱ orationem.

Onfiteor tibi do=
mine pr̄ celi ꝛ ter
re. Mat. xi.
¶ Poſtq̄ in p̄ce=
denti ca. habitum
eſt de ſatiſfactiōe



que fit per ieiunium hic ꝯn̄r agē=
dū eſt de illa qḋ fit p̱ deuotā ora
tionē. Et ſi dicat̄ ꝙ ſatiſfactio dꝫ
fieri p̱ opera penoſa orāo aūt nul
lā penā vr̄ hr̄e ex q̄ pōt cōcludi
ꝙ orō non ſit pars ſatiſfactionis
Reſpondetur ꝙ etiā i oratiōe eſt
labor. Nā viros inferiores que
ſub ſeruiunt viribus ſuperiori=
bus debilitantur in oratione: vt
dictū eſt in precedentibus. Ideo
conuenienter aſſignatur oratio
pars ſatiſfactionis. De ipſa ergo
oratione pariter ꝛ de orationibꝰ
p̄nt moueri alique breues ꝛ faci
les queſtiones que ſunt.
Quis
Quid
Ubi
Pro quibus
Quando
Cur
Quomodo.
B ¶ Primo igitur queritur q̄s
ſit idoneus miniſter orationis.
Reſpōdetur quod homo iuſtus.
Nam de oratione pctōꝝ ꝛ ſignāt̄
in peccatis perſeuerare volētiū
loq̄ns dn̄s Eſaye. i. dicit ſic. Cum
multiplicaueritis orationē nō ex=
audiā. Cuiꝰ rationē aſſignat cum
ſubiūgit. Manus vr̄e ſanguine
glo. interli. peccato plene ſunt.
A quo quidem ſāguine petebat
ablui et liberari pſ. Poſt cōmiſ=
ſum adulterium cum Berſabee
ꝛ homicidiū cōtra Uriam: dicens
Libera me de ſanguinibus deus
deus ſalutis mee. i. de peccatis
p̄dictis in ſpeciali ꝛ de q̄buſcumq̄
aliis in generali. Oſee. iiii. San=
guis ſanguinem tetigit. i. pctm̄
pctō additum eſt. Legitur etiam
Jo. ix. ꝙ cecus a xp̄o intertius ſi
cut exteriꝰ illuminatus dixerūt
iudeis ꝙ deꝰ pctōres non audit.
Sꝫ q̄s dei cultor eſt ꝛ voluntatē
eiꝰ facit mādata eiꝰ obſeruando
hūc exaudit. Propt̄ea dicebat pſ.
Iniq̄tatē ſi aſpexi i corde meo nō
exaudiet dn̄s. Et qꝛ iniq̄tatē non
aſpexi i corde meo. iō exaudiuit
deꝰ ꝛ attēdit voci dep̄cationis mee
dt et i. C. de veteranis. l. cū introiſ=
ſent ꝙ indignꝰ nō dꝫ p̄ncipē ſalu=
tare. Itē eodē. lib. x. de p̄cibꝰ ipera
toris porrigēdis. l. ꝗ ſeruus dicit̄
ꝙ ſeruus non reputat̄ dignus vt
p̄ces porrigat iperatori. Ad pro
poſitū p̱ idignū deſignat̄ q̄libet i
mortali pctō exiſtēs ꝛ talis non
dꝫ p̄ncipē deū ſiue Chriſtū p̱ ora
tionē ſalutare ꝙ ſi eū ſic ſalutaue
rit nō ꝓpterea eū iuuabit ſiſr per
ſeruū dſignat̄ pctōr iuxta illḋ Jo.
viii. Qui facit peccatum ſeruus
eſt peccati. Hic ergo ſeruus non
eſt dignus p̄ces porrigere ſum=
mo imperatori xp̄o ꝙ ergo ora=
tio taliū illis non ꝓſit patet per
ſimilitudinem quā ponit Iſido. de
ſummo bono. li. iii. ca. vii. de me=
dicamento quod apponit̄ vulne
ri in quo adhuc ferrū latet quod
quidem medicamentum patien=
ti nullo modo proficit. Applica=
tio eſt facilis. Qui ergo vult do
mino in oratione ſua exaudiri de
bet de peccato dolere ꝛ ꝓpoſitū
bone vite in ſe habere.
C ¶ Scd̄o q̄rit̄ qḋ ſit petendum
in oratione Rn̄det̄ ꝙ debemꝰ oīa
illa petere q̄ nos docuit xp̄us pe=
tere in orōne dn̄ica. Mat. vi. itē
Luc. xi. Practica ſeptē petiones
in dicta oratione contētas. Uale

rij eñ ſnia talis erat vt nihil aliđ
peteret a dijs imortalib⁹ q̄ʒ vt bo
na tribuerēt maxime cū ſciāt q̄đ
vnicuiqʒ vtile ſit. Nos aūt id vo
tis petim⁹ q̄ nō ipetraſſe meli⁹ fo
ret. hec ille.li.vij.c.ij. Que q̄dem
ſnia vt dicit bea.Tho.ij.ij.q.lxx
xiij.ar.v. aliq̄lr vera ē q̄ntū.ſ. ad
illa q̄ malū euētū hr̄e poſſūt q̄bus
ēt pōt homo bene ⁊ male vti cu-
iuſmodi ſunt diuitie honores hu
ius ſeculi ⁊ ſimilia. Sunt tamen
q̄dā bona q̄ malū euētū hr̄e non
pñt ⁊ q̄b⁹ hō male vti nō pt̄ cuiuſ
modi ſunt v̄tutes ⁊ ſilr̄ illa q̄bus
beatificamur. Et talia poſſumus
abſolute petere ſcđʒ illđ p̄s. De
duc me i ſemita mādatorum tuo
rū. De bōis ēt q̄b⁹ beatificamur
loq̄r idēʒ p̄s.dicēs. Oſ̄nde nobis
dñe faciē tuā ⁊ ſalui erimus. Itē
alibi. Unam petij a dño hanc re-
quirem vt ihabitem i domo dñi
omnib⁹.d.v.mee. Ad idem etiaʒ
ꝓpoſitū facit qđ dicit Auguſti.
de verbis dñi.ſer.liij. Cum iquit
petitis tēporalia cū modo peti-
te: cū timore petite. Illi ꝯmittite
vt ſi proſint det ſi ſcit obeſſe non
det. Quid aūt ꝓſit ⁊ q̄đ obſit no
uit vt medicus non egrotus. Cū
vero a deo petitis ea que laudat
⁊ que p̄cepit: ⁊ que in futuro ſe-
culo ꝓmittit ſecuri petite. Illa
eñ deo ꝓpitio ꝯceduntᷣ. hec ille.
Idem etiam dicit ſuper pſal.p̄s.
liij. Item Chriſoſto.ſuper Matt.
in opere iperfecto homil. xxxij.
exponens illud Mat.x. Dic vt ſe
deant hi duo ⁊c.dicit ſic. Nō aliđ
a deo petamus quod nos bonū
eſſe indicamus ſed orantes in po
teſtate dei ponamus vt illud no
bis concedat quod ipſe nobis ex
pedire cognoſcit. Silr̄ Amb. ſu
per bti imaculati. ſer.xix. expo-
nēdo illud v̄ſū. Clamaui in toto
corde meo exaudi me dñe dr̄ ſic
Tu cū oras: ora q̄ diuina ſunt nō
q̄ caduca. Noli orare ꝓ pecunia
q̄ erugo ē. Noli orare ꝓ poſſeſſio
ne q̄ terra ē. Iſta oro ad deū nō
ꝓuenit. Nō eñ audit de⁹: niſi qđ
dignū luis ducit eē bñficijs ſʒ au
dit piā vocē plenā gr̄e ⁊ d̄uotiōis
hec ille. Et ſic pʒ de ſcđo dubio.
D ¶ Tertio q̄ritur vbi ſit orā
dum. Rñdetᷣ q̄ in oī loco abſolu
te q̄ nō ē loc⁹ i q̄ nō ſit dñs. Cōue
nienti⁹ tñ orandū ē i eccl̄ia ⁊ hoc
ꝓpter multa. Primo quidēʒ pro-
pter ſcripture admonitioneʒ.p̄s.
Introite portas eius.ſ.eccleſie
materialis in cōfeſſione ſupple:
diuine laudis. Item alibi. In ec
cleſijs benedicite dño. Item ali-
bi laus eius.ſ.dei: in eccleſia ſā
ctorū. Item alibi. Adorabo ad
templum ſanctum tuū ⁊ ꝯfitebor
nomini tuo. Unde in huius rei
ſignum eccleſia interdum vocatᷣ
oratorium.ſ.ab orando. Secun-
do vero propter petitionuʒ faci-
liorē exauditionē. Uñ legitᷣ. iij.
Regū.viij. q̄ poſt cōſummationē
templi et dedicationē illius illic
ingreſſus Salomon orauit dñm
dicens Audi dñe hymnū ⁊ oratio
nē quā ſeruus tu⁹ orat coram te
hodie vt ſint oculi tui aperti ſu-
per domuʒ iſtam die ac nocte. Et
poſt pauca. Quicunqʒ orauerit i
loco iſto exaudies in loco habi-
